Caja
A-14

A-14

(2)

# Preclariſſimi viri Georgij valle Cõmentationes.

## In Ptolomei quadripartitum inque Ciceronis Partitiones ⁊ Tuſculanas queſtiões ac plinij naturalis hiſtorie Librum ſecundum.

*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶IOANNES Petrus Valla Reuerendiſſimo in Chriſto patri:& Domino.D.Ioanni
Stephano ſancti Vitalis Cardinali Bononienſiq; epiſcopo Sal.Dicit æternam.

Cum mecum tacitus multum ac diu Reuerendiſſime Præſul cogitarim intemperātis
eſſe hominiſ ceſſare ubi mortaliū generi prodeſſe poſſe animaduerterit.Nec minus in
uidi maleuoliq; hominis non modo ceſſare:ſed etiam tegere:& diſſimulare quæ di.
uino munere ſit ipſe conſecutus.Talia ego animo uolutans nihil ut ex editionibus:
quas pater reliquit per me nuper magna diligentia atq; impendio impreſſis ſatis
abundeq; colligi poteſt:magis curaui:quā ut concreditos mihi libros citra omnem
maleficam inuidiam in communem uſum formis excuſos foras inuulgarem: & hos
ſupprimere ſacrilegum impiumq; uidebatur:nec id effeci q̄d miſera ſolent & infeli.
cia quædam ingenia:quæ paternis lucubrationibus etiam me fraudare uoluerunt:
dum paucula quædam inuidentes aliis nouere ita cōniuentibus oculis aliena inter.
uertunt:ut neminē docendū putēt:a deo a nouis abſunt excogitandis. His perditis
ingeniis effectum eſt ut multorum præclariſſime excogitata perierint. At nos certe
grati pariter & ingenui animi officium cunctis rebus præferendo:non cuiuſcunq; la.
boris genere deteriti:nihil quod penes nos extaret doctiſſimi patris q̄dq; uſui ac com
modo ſtudioſorum cedere poſſe uideretur occultandum duximus:prout noſtri inge
nii fert imbecilitas ſugiter aliquid noui in lucem proferendo.Cum ipſorum utilitate
ac in parentem dulciſſimum pietate commoti. Tum tua imprimis incredibili ma.
gnanimitate erecti:quæ licet undecumq; doctiſſima mediocriter tamen inſtitutos ha
ud quaq̄ aſpernatur.Et tum hominis ſtudium.& uoluntatem:non rem expēdit. Scio
in te ſeueritatem & comitatem eſſe q̄q̄ ſpecie diſpares:Summa tamen prudentia con.
iunctas:& utrumq; maxime pollere.Sed utcūq; accidit facis ut comitati ſeueritas ſæ.
piſſime ſuccumbat:& ita eos:qui quantulūcūq; ē:tibi quidpiam in litteris cōtulerint:
æque ac munus rariſſimum:ſumma caritate:liberalitateq; complecteris. Et perinde
cum te unum inter principes relligioni obnoxios atq; opportunos ueluti ī artium:
liberalium eminenti ſpecula poſitum omnes admirentur:bonis externis inſignem:
dotibus corporis omnibus egregium:& inclyto nobilitatis genere cōſpicuum. Quē
haud mirum ſi Pontifex Maximus in numerum fratrum ſuorum ſanctiſſimo iudicio
retulerit :iure præſentes in ptolemei ad ſyrum apoteleſmata: ſeu:ut nunc loquimur
quadripartitum patris editiones tibi dicandas exiſtimauimus.Et cui mortalium feli.
ciori ſuffragio dicari poſſent:q̄ tibi:ſi tuo oraculo comprobari meruerit quippe qui
ſi inter grammaticos:aut rhetores:aut dialecticos controuerſia oritur litem celerrime
diſcutis:ſi Arithmetici de numeris ſi Muſici de uocibus earumq; rationibus.ſi de mo.
dis geometræ ſi de motibus Aſtrologi diſſerunt acerrimi ingenii diſceptator appa.
res.Quid quod quæ naturalis moralis ſimul & diuina dicitur philoſophia: ut ex di
uerſis materiis unum pulcherrimum corpus coaleſceret & incredibilis harmonia effi
ceretur omnia ad abſoluendam:quam intuemur formam tibi affatim ſuggeſſerunt.
Et ſumma ſummarum hæc eſt q̄d longe maiora & ampliora in te ſint:q̄ ut neq; ocu.
lis:neq; auribus:neq; ullo ſenſu percipi poſſint:aut q̄ quæ ex Ioāne maria rēzinuto ui
ro integerrimo mirifico tuarum laudum prædicatore.& fando etiam ex aliis proba.
tiſſimis uiris accepimus.Et neſcio etiam an ea cogitatione tantum & mente ingenii
homo quantūuis magni conſequatur.Id circo parentis noſtri manes mirum in mo
dum geſtiunt cum ſentiunt ea tibi conſecrari: quæ ipſe commentationis gratia de.
ſcripta moriens non publicata reliquerat modo tibi placeant non minimam:ſed ma
ximam laudem tua de cauſa uidebitur conſecutus. Vale.

# GEORGII VALLAE PLACENTINI IN PTOLEMAEI AD SYRVM APOTELESMATA COMMENTARIVM

p

TOLemæus mathematicorum omnium facile princeps ut quidam ſcri
pſere Adriani uixit temporibus ad Antoniumq; uſq; peruenit:quo tem
pore Galenum inclitum medicinæ auctorem perhibent floruiſſe: nec-
non Herodianum grammaticum & Hermogonem rhetorem: qui de
arte rhetorica libros reliquit non contemnendos. Primus autem apud
græcos traditur Chius œnopides de aſtrologia ſcripſiſſe nonnulla: qui
in fine belli floruit peloponneſiaci quo tempore Gorgias rhetor uixit &
Zenon eleates:necnon ut quidam cenſuere Herodotus hiſtoricus Halicarnaſeus. poſt
œnodipen Eudoxus aſtrologiæ famam non paruam conſecutus quo tẽpore Plato phi
loſophus fuit inſignis & Cteſias gnidius medicinæ autor præcipuus habitus eſt. hiſto-
ricuſq; non inuenuſtus.

e

Xordium igitur in hoc opere ſibi aſſumit Ptolemæus in illos qui aſtronomi
am artem non eſſe cenſuerunt. quippe qui inconſtantem eſſe uoluerint indi-
care. cum omnis ars habeat quod facile depræhendi poſſit: quodq; commo
do uſuiq; cedat humano eaq; ars neceſſaria habeatur. Cauillantium itaq; alii inceſſunt:
quod compræhenſu difficillima ſit. alii quod incommoda & inutilis: contra quos ex-
orditur. nam qui difficiliter compræhendi poſſe putauerunt aiebant nõ omnibus que
ſtionib' interrogatum reſpondere mathematicum qñ ſunt aliq̃ ad q̃ nõ reſpõdet dicen
do nõ apud eſſe de oĩbus reſpõdere mathematicum: occurrit non hæc ſpectanda ſed
peculiaria ipſi arti & quæ ſint inſpectione definita. q uero inutilem eam ſunt arbitrati
aiebãt tametſi nobis ſit cõpræhenſibilis uendicabiliſq; nõ tamen ex ipſa ad nos ullum
prouentuꝝ cõmodum. ſiquidem prædicto nobis aliquo cauere non poſſumus: ſed ꝓr-
ſus præmonitũ euenire. hoc quoq; diluitur dicendo ſi cauere ab omnibus nõ poſſumus
euitari tamẽ aliqua poſſe. & perinde oſtendit eos fruſtra aduerſatos. Syro hoc opus in
ſcribit eiq; ꝑfatur cui cũctas alias quoq; inſcripſit traditiones. ſunt q putẽt hoc ab eo cõ
fictum nomen: uerũ conſtat apud potioris ſententiæ homines fuiſſe medicũ: qui his af
ficiebatur diſciplinis. 2. ORDine & poteſtate. Hoc eſt numero. cur nẽpe q? res aſtro-
nomica apoteleſmaticam antecedat. Impoſſibile nãq; ferrem ſententiã nõ inuẽto aſtro
rum decurſu. at poteſtate quo pacto? qđ per ſe dignã memoratu cõtineat utilitatem &
ob ueritatis inuẽtionẽ: & qđ non eſt id qđ apoteleſmaticũ eorumq; ut plurimũ ſed in
ſcientia poſitũ & nulli errori obnoxiũ. 3. NEq; eodẽ modo perfectam. Nempe ut pri-
or habet: quæ ſibi ſatis eſt neq; alterius eget adminiculo ſed p ſe incõſtans egetque al-
terius perfectiõe. 4. IVXta cõgruum philoſophiæ modũ. Cõgruit certe philoſophia
id qđ ipſe mox oſtendit aduerſus aſtrologiam inceſſentes quandoquidẽ hi neutiq̃ qđ
philoſophoꝝ eſt peragũt: ſed quod amẽtium & falſa fallacia adductoꝝ mentiendique
cupidoꝝ. 5. IN NONnullis nãque difficulter inſpicit̃. quodcũque inqt parte aſtrolo
gica uult aſtrologiã impugnare is cæco ſimilis eſt: cui ſenſus errorẽ offundit pugnãdo
cæcutit in ea quæ ex ſenſu offendit. ſi ad apoteleſmaticã impugnat partẽ. ꝑtextu utitur
abſoluto cauſaſque ſcribit: quas iã dicta cõſtituere patrocinia. ſpectando nãq ue præce-
pta quæ difficulter deprehendant̃ cuncta talia eſſe cenſuerunt. nec nos ſane lateat ſicut
in morbis ſunt qui eueniẽdo difficillime poſſit expugnari eodem modo ineſſe aſtrolo
giæ quæ longe difficillime depræhendi queat. 6. HOC nimirũ diſtribuitur. Reliquũ
eſt ut ordiat̃ ſicut prius indicauit oſtendere poſſibilem cõpræhenſibilemque aſtrologi-
am ſubſidereque demonſtrat perſpicuas aſſumendo demonſtrationes ex ipſoque ſen-
ſus teſtimonio ordineque multo & cõſequentia utitur primo a ſole inde a luna: & ter-
tio a cæteris uagis ſtellis. Intuemur ſiquidẽ iuxta ſolis motũ anni quattuor fieri tẽpora
annuiſque eis tẽporibus noſtra affici cõmutarique corpora. ſed quid anni memorem
mutationes cũ dies quoque conuerſionibus proximi uniuerſitatis ad nos immutãdos
plurimũ poſſit. ſcandens nãque ſol aerem in cõplexionem temperiemque uernam ad-
ducens talem quoque noſtris aduehit affectionẽ ac ꝓcedente die eſt intueri in totum.
temperies in partibus cõpræhendi. Quod ſi omnino euidens quæpiã efficitur affectio



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

par eſt ut etiã ſenſum incertũ ratiocinio iudicandũ inueniamus:at luna quæ neutiq̃ ſo.
le uim maiorem nacta eſt uidetur nos euidentius trãſmutare qď ſit terræ uicinior plu.
rimã nobis ex ſe ingerit affectionẽ.uidemus nãq; marina aĩalia cũ luna pariter augeri:
minuiq; cũ luna necnõ quædã corporis partes ut ungues & capillos erat etiã ſacrũ in
ægipto aĩal:taurus fere expoſitus cuius pudibũda augebãtur & minuebanť.ſunt hodie
quoq; lapides quidam qui tã cõminuunt q̃ augentur demonſtratq; Ptolemæus a quiq;
uagis ſtellis q̃nquidẽ ſolent ab his quoq; aſtrologiæ periti præſagia ꝑtendeꝛe nã quan
do ſaturnus in aquario & iupiter cũ ſole fuerit hiemis auget temperiẽ ſiue ut nũc loqui
mur cõplexionem at cũ Mars permeat carrũ & leonem extẽdit æſtatis æſtuoſam eſſen
tiam.Indicat aũt etiã ex ipſis herentibus cœlo ſtellis. appropinquantes nãq; ſtellæ uel
diſtantes iã memoratis uarietates nec eaſdem affectiones habet . quare ex cunctis ars
cõparatur nec impoſſibilis eſt. 7. FACIentibus in omnem perigiũ. Non dixit in om
nem terrã ſed pergium quo nobis indicet alterarionem incipere ab ætheris faciei cor.
pore adminiſtrare totã terram quæq; intra ipſam ætheraq;. 8. COMpræhenſis primis
elementis.Quæ ſub luna ait omnia nõ ait prima tẽpore elemẽta:ſed loco quæ tenuio.
ra ſunt quo ꝓpinquiora fiunt corpori æthereo quæq; primã inde excipiunt mutationẽ
quã ſequentibus tradunt. 9. ET PAucis apparuerit . Neq; enim tã ſunr incognita ac
ſepulta ut plurima egeant demõſtratione.Capiunt initiũ a uertice & ex cõtinua muta.
tione & ex ui ſua ipſoꝝ queſtio fidem facit.anni nãq; temporibus firmũ indicãt robur
ob eas aũt quæ quotidie ſpectãtur mutationes qď cõtinuũ eſt indicat & perinde ex om
nibus ſenſus noſter ad hoꝝ tollatur cognitionẽ. 10. ET FLuxus aquaꝝ.Hoc tempo.
re plures illo ſunt pauciores aquæ ut fluxus tẽpore mutantur. 11. DA VErticem no.
ſtrum Hoc anni tempore luna terræ ꝓpinquiſſima.plurima a ſole indicauit:nũc a luna
poteſtatẽ demõſtrationem conuertit. 12. Niſi ꝙ ad ſolem. Hic perigiũ lunæ & ꝓpin.
quitatẽ eius nobis ſignificari expedit ꝙ quædã dixit ſimul augeri cũ ipſa uel pariter mi
nui ut ſæpe de fluminibus nõ ait maiora fieri: aut minora minuẽdo ſed ſunt celeriora
& turbatiora & tardiora.qď q; id uerum ſit oſtendit qď de mari mox loquiť. 13. CON
uertendo ſuis ortibus. Vt etiã inter nauigandũ apparet ex occaſu nãq; & ortu lunæ præ
ſantur atq; ꝑnunciant nauigantes qualis futurus ſit aeris cælique ſtatus. 14. SVCcen.
ſiones æſtaſque.Cũ ex luna indicarit affectiones rurſus a uagis demonſtrat ſtellis:quæ
ꝓfecto totã nõ queũt anni naturã cõmutare.at intẽdere calorẽ poſſũt uel frigus annuũ
nã ſi cũ ſole fuerit Mars in cãcro uel leone æſtum intendit æſtatis ſin ĩ capricorno : aut
aquario remittit hiemis frigiditatem de ſole rurſus oportet eaſdẽ figuras inſpicere nõ
enim ſolum ad ſolem figuras faciũt ſtellæ tales uel tales annua tẽpora conficiendo ſed
etiã ad ſe inuicem.Mars enim ſaturnũ petens domoue quapiã ſua ſaturnus martẽ ſpe.
ctans multũ æſtũ mitigat ac ſi in ſigno igneo ſaturnus a marte aduentante irriteť mul.
tam ſpargit frigiditatẽ. at in hieme in ſigno frigido aeris frigiditatẽ ſoluit. 15. DICen
do ſuper ius Rurſus uniuerſaſti qualitate mutationes annuas habente ex ſole & luna
ſubiungit quinque uagas ſtellas ſtatũ aeris uertere neque id quiſq̃ ambigat martem fa
cere mutationẽ reliquaſq; uagas.id nãq; nunc uult diſcrimine notare.id inquit ita fa.
ciunt ut tamẽ qualitas cuſtodiatur uniuerſalis nec mutare naturã poſſunt q̃ ab ſole effi
ciť. 16. SVB ſtellaꝝ figuratione alteram quoq; his ponit differẽtiam ꝙ ꝓpter Solem
factæ differentiæ potiores qdẽ ſũt & diuturniores quæ uero ſub ſole tũ cõtinuæ : tum
magnæ quæ porro aliaꝝ ſtellarum neque ut ſolis neque ut quæ lunæ ĩſignes & ambi
tioſæ hoc eſt diuturniores & ignobiles id ſane ambitioſe ſignificat ſenſus expers non
oĩno ſenſus expers ſed minus ſub ſenſum cadens.memorat etiã tempora quibus maxi.
me hæc figurationibus accidũt ut in ſole tranſitus & tempoꝝ conuerſiones in luna ue
ro cõiunctiones explenilunia . at in ſtellis fulxiones & occaſus.nominat aũt fulxiones
ortus ꝙ tũ appareant & emicent inclinationes aũt per latitudinẽ motus. 17. QVOD
aũt his inſpectis.alterã ponit demonſtrationẽ cuncta per ætherium corpus tranſponi.
Iã a principio obſcure cõmentus qď in quem poſſit cõſtitui aſtrologia obliuioſe uero
etiã eius partẽ præſagiendi ſignificat ut nõ ſolum circa ea q̃ facta ſunt perfectaque mu.
tatio conſiſtat:ſed etiã circa ea quæ necdum facta ſunt.ſed quæ debeãt abſolui cõfeſtim
nempe agricolæ ſciunt qualia ſint tempora idonea at terræ arationem & quæ cõmoda

ad nauigandum ac ab aeris tum ſtatus ſignificatione ſeſe oſtẽdente præſagire poſſunt cuiuſmodi prætendatur fructus:paſtores quoq; quando inire pecora incipiãt ubi oportet & quomodo & quãdo fieri præſagiuntq; partus aĩaliũ ex flatibus tum ſpirantibus: & tum eueniẽte aeris mutatiõe atq; ex maiori poſſunt. 18. SOlis poteſtatẽ dicit.Q uæ annua facit tempora.Ita nempe prænuntiatio,ipſa eminet ut nequidẽ ipſa rationis expertia lateat aĩantia.nouit nãq; quando inire marẽ oporteat:& tum ſolũ in cõgreſſum peruenire quæ porro etiã ſeſe conuertan t ad hunc potiuſq̃ aliũ uictũ & quæ fœtũ ferãt & abſoluãt nec ſolũ id phiſicis cũ cauſa quæſitũ eſt res ipſa uerũ etiã mere nauigantibꝰ. 19. AT quæ minus ita habent.De inſignibus ſignificationibus uult traditioni inſiſtere quæ ex obſeruationibus ſolis & uagantiũ fiunt iureq; ipſas locauit ambitioſas diu namq; perdurant neq; enim luna hæc conficit ſola.Cæterũ cum etiã per latitudinem nota adhæſerit aliquatenus Herentibus cælo ſtellis: ut tauri caudæ. periti igitur quod integrũ eſt cognouerunt:& quando concidunt.at Idiotæ aliq̃to pinguius & minus accurate & ob hoc conſueuere triduo ante uel poſt triduũ obſeruare. 20. NECeſſariũ. Neceſſariã ait obſeruationẽ nauigantiũ qui non ut naturæ inſpectores ad obſeruatiores cum delectu propoſitoq; perueniunt.ſed ꝙ mare nauigare cõpellatur : quid igitur prohibetur? Cauſas cõmemorando quibus uulgares in cognitione hallucinantur.nũc ait ne quidẽ ĩpeditũ iri eũ qui in antiqua agatur hiſtoria de his exacte cognoſcere naturas ipſoꝝ ut plurimũ etiã qualitates non utique naturas q̃ per naturã:ſed per qualitatẽ ſignificatũ iri quod conſectanter dixit.licet enim per omnia iam dicta integre quiſpiã ueniat eget tñ is conſectatione. 21. Aſſimulãter dicere de ipſis at fieri poſſe in ſingulis. Non ſolũ inquit hoc actus modo poterit in uniuerſum de geniturís aeris ꝑdicere qcq̃ neq; etiã de membris particularibus & ſingulis hominibus:ſciendũ eſt quod cõprehendens uocat & hominis geniturã.nam queadmodũ de ambiente talis poſitio ſtellarum tale facit cõpræhẽdens:eodẽ modo etiã talis ortus tale facit corpus & ut perhibẽt talẽ aĩam poteſtque quod reliquũ eſt coniectare qualis ſit conſtitutio cõpræhendentis ad ſanitatẽ morbũue accõmodatior cõparando namque quæ a principio erat conſtitutionem inuenit ſimilitudinẽ aut aduerſantiã.Cæterũ peritoꝝ uiroꝝ eſt non ſolũ de ipſorum arte reſpondere ac ipſam indicare inuectã ſed etiã rationes aduerſariũ exquirere & coarguere hoc igitur etiã Ptolemæus facit demonſtrans artẽ ex ſenſu elici poſſe ſolo nanque ſenſu innixi inuenimus quid de ambiente conſtituto circumfuſoque aere dicere conueniat.ꝙ ſi hoc multo magis naturali acti inſpectione poterimus tam uniuerſalia q̃ particularia dicere.reliquũ eſt ut dicat impulſus & cauſas a quibus cõmuni inſtructione quidã moti artẽ ĩpoſſibilẽ eſſe cenſuerunt. primo igitur periti hanc artẽ conſtĩtuere deinde forte fortuna de quibuſdã uera ꝓtulerunt cuiuſmodi ſolet accidere exiſtĩmauerunt artifices hallucinatiõeſque ipſoꝝ ad artẽ produxerunt.non utique recte.nec enim aſcribendũ arti quod quiſpiã omiſſit ſua imbecillitate ſecundo loco aliquopiam adducti præſagio alia diſciplina aſtrologiæ induerunt exiſtimationẽ : creditique ſunt aſtrologiæ peritia.Thales nempe de cunctis præfari proponẽdo deque ꝑſagio eorum quæ naturã habeant nullã fefellere:ut qd' quiſpiã comedit fruſtratiq; ꝑſagio eorũ quæ naturam habeant eadem noſſe peritos compulerunt.neque hi recte neque enim ut dĩxi hallucinationes taliũ ad artem ſunt relegendæ. 22. ET ad magnitudinem ꝓnuntiatum: Q uoniam me morauit hallucinationes imperitis euenire nõ ob artẽ ſed ipſorũ inſcitiam ne quis arbitret' omnino pronunciare eſſe indubitatã ait quod ſiquis exacte ipſam adierit non poſſe prorſus ab errore in munis eſſe ſed eſſe quãdoque ubi fallatur non per inſcitiam ſed per artis naturã magnitudinemq; eorum quæ pronuntiẽtur. qd nanque enunciatur de diuinis humaniſque rebꝰ ubi in terra alicubi non contingat particulatim erga quempiam & utrunq; habentem habet namque qd' & cæteræ artes ut oĩno non ſit neceſſe contingere.habet etiã qd' nõ aliæ ut circa ingenti auerſet'. 23.IN totum ad quale:adhuc namque propoſitum eſt ipſi tradere ac demonſtrare queadmodum præter alias artes habet quidpiam ſe lectum aſtrologia qd' ipam facit cognitu difficilem nec concedit ipſam cuiuſuis intentioni obnoxiam.Indicat autẽ ex eis quæ unĩuerſalia ueluti in aliis artibus eſt ſine controuerſia inuenire quæ eueniant ab antiquis obſeruata in aſtronomia autem non item:primo namque longiori tempore huiuſmodi reuolutiones fiunt ut hominis unius uita ad id ſatis eſſe non poſſit.deinde non uſq;

quacꝫ conformes ac ſimiles ſunt reuolutiones ſed uniuerſitatis motus ad terram figu-
rati:neceſſario quauis facta mutatione:& affectiones quæ ex ipſis mutatæ diſſimileſque
antiquis inueniuntur. 24. DE materiæ inſpectione circa quale. In totum aliquo defi-
nitum eſt modo.at particulariter indefinitam habet differentiam ob eorum quæ eue-
niant in experientiam.ſtatim namque in ſeminibus non eſt ipſis differentia.horizonte
namque ac circumfuſo aere eodem poſito iniectio ſæminum equi & hominis fit ac dif
ferentia quatenus in peculiaritate quæ ab horizonte ſit nō ſpectabitur ac ſubiiciat quiſ
piam eadem eſſe ſæmina nec quicquam intereſſe differentia ut hominum preter locū
non fortuitam affore differentiam nam qui in perſide alii animo & corpore ſunt:ut q
in ſcythia alii eodem modo & mores & educationes : ut quæ gignant differre neceſſe
ſit. 25. ET præſertim ex multis diſſimilibus commixtum admodum exactæ profert ꝓ
poſitum.Vult enim dicere omnem artem præ ſe rei alicuiꝰ ferre imaginem.at qui ſimi
litudinem præferens hallucinatorium non eſt. inde cauſam negligenter apponit. cur
ars ſimilitudinarium præuenit quod circa materiæ qualitatem informem compellat
ſuum examen,obliterare at materiæ conuerti uarietate· 26. NISi quis iam opinione
moueatur.Accedere incipit ad aſtrologiam ad ipſamque pede præſſim ſermones ac-
cōmodat:niſi quod nunc dictum uidetur aliis artibus accōmodari.omnis namque in
quit ars diſſimilium complexum efficiens inſpectionem compræhenſu habet diffici-
lem id nempe eſt uidere in medicina multa ſiquidem contraria pugnantiaque euenta
in morbis eueniunt.perturbaturque tum medicus unum uolens expugnantibus effice
re præſagium id ſane in ſiderum quoque conſideratione eſt uidere nempe pugnantes
figuras optimique uiri eſt noſſe complexionem ex his omnibus confectam hoc eſt in
nanem & caſſam inducit opinionem perceptam & inductam ſenſui pugnādo. 27.ET
inſup alimenta.Sit nācꝫ conſuetudo hirūdinibus ueſci.etſi tēperamentū circūfuſi aeris
ipm ībecillum oſtendit & afflictū cæteꝝ conſuetudo præſagiūfirmum prouenire non
prætendit. 28. QVOrum unum quodcꝫ.Quoꝝ igit inqt unūqdꝗ non cōpræhendi
tur circumfuſi cœli cauſis multum poteſt præſagio obiici impedimentum.tam & ſi po
tens fuerit circumfuſus aer.non tamen per ſeſe ſatis eſt ad præſagium.ſed opus eſt cir-
cumſtantiarum cauſis extrinſecis. 29. QVOniam dixit circumfuſum aerem aliis eſ-
ſe potentiorem demonſtrat ut potentius quod ſine eo nil conſiſtat cum tamen ipſe ꝑ
ſe citra hæc conſiſtat. Cum hæc ita habeant capitulum compleuit de eo quod fieri poſ
ſit.at hæc porro.tanq̄ cōplemēta ſunt: ꝙ totam nō oporteat artem abolere utcunqꝫ ra
riuſcule in aliquo occurtat hallucinatio:id namqꝫ artis eſt proprium:demonſtratumqꝫ
eſt non in ſublimitatibus modo ut præſagiū habeat ſed etiā in extrinſecis . Iure igitur
cauſæ expers culpæqꝫ minime obnoxius artifex fuerit pariter extrinſeca cōcipiens. ue-
luti medicus ad exactū ægritudinis ꝑſagiū licet quæpiā ꝑterita percūctetur aut q̄piam
iam accidentū ad integrā præſagii peritiā.ſciendū eſt aliquid aliud ꝑtendi ex ꝓpoſitis
quæ artis mœtā ꝓnuntiēt & quouſqꝫ ꝓcedat ꝑſagiū & ubi cōſiſtat q̄qꝫ primordia ars
habeat qbus artifex innixus reliqua ꝓficiat. 30. VELuti gubernatoriā. Vult indicare
nō alienā eſſe queſtionē.Inſpicit nācꝫ in aliis ut ī gubernatoria medicinaqꝫ eſt uidere:
31. QVod uero utilis.Quo nēpe mō in omni arte ubi ſcientiæ cōſtituentes & ſubſti-
tuētes cauſæ binæ obuenerit poſſibilis & utilis incōpræhēſibilis ſit expers ē cōſtitutio-
nis ſi inutilis & nihil utile hominū uitæ cōfert ſupflua ars eiuſmodi exiſtimatᷣ hoc igitᷣ
a principio ꝓpoſitū pridē in aſtrologia demōſtrare fuerint nācꝫ forte aliq utrūqꝫ artis
coarguētes aduerſum quos inſtātes ſcribit exordiū.fuerit ſi quidē ridiculū nos in caſ-
ſum laborare quo oportuerit inutilē & incōmodā ꝑterire.abſoluēdo igitᷣ primū capi-
tulū qd de poſſibili eſt.dicemus etiā de utili.nā licet ars utilis & cōmoda ſit.ſi impoſſi-
bilis ſit ubi cōſiſtat nō habebit.cæterū magis cōmodā demōſtrare & utilē doctrinale
aliqd facit.cōpræhenſi nāque & paucis aliqd reſumit iā dicta memoriæ auditoꝝ reno-
uans.quæ uero ſint iā dicta tēptemus nos quoque paucis enumerare in antiqua eūdo
ueſtigio qd cōmunes euentus circūfuſi aeris cognoſcimus.p aſtrologiā eadēque ratio
ne particulati hoīnū euēta ī corpore & aīa.alias nācꝫ aiebat fore aīas & alterata corpo-
ra iuxta ſuā ortus cōplexionē & extrinſecus eueniētia ut poſſeſſionē & dignitatē & for
tunas q̄qꝫ his ſunt ꝓxima.hæc nācꝫ oīa indicauit exorſus a binis luminaribꝰ aliiſqꝫ cir-
cum uagātibus peruenit in totū indicans quēadmodū & circūfuſi aeris mutationibus

opus ſit

opus ſit conferre pariterque iudicaſſe ortus humanos demonſtrando ut poſſibile ſit de ſingulis dicere quæ etiam in uniuerſum manifeſto & ſine ambiguitate poſſibilē artem indicant & ex abundantia ſignificauit cognitionis menſuras ut imaginaria : & ars eſt· ꝙ quando ſine fruſtratur.at hoc rariuſcule.dicendo nāque qualia oporteat diſcere arti ficem compleuit de poſſibili capitulum.at magis de utili loquitur tanꝗ demonſtrans aſſumptum quæritqꝫ quidnam finis ſpectet præſagii hoc nāque prius perſpecto demō/ ſtrabitur utile & cōmodum eſſe circa aſtrologiam præſagium. 52. QVOuſqꝫ ſola ꝓ/ uenerit.Sola conuenit,hic accipere ob id quod ab ætheris ui capitur & peruenit ad ter ram totam & neutiꝗ ſupra ætheris ſubſtantiam perueniat mutatio de a principio dexte ritate dicit in ortu.adiecit quæ poſſint ad corpus ut quæ agant ad animas poteſtates· nāque ex corpore fiūt ſuntqꝫ corporis ac actiones animæ ſunt operationes. 53. ET quī per tempora ipſorum affectus.Cum dixerit quæ ſubſtātialiter inſint corpori & animæ nunc ait quæ neceſſario iſta conſequuntur ut temporis breuitatem temporis longitu/ dinem.ſignificare conuenit ut aliquando quidem diducit hæc & propria de anima & propria de morte corporis ſcribit.quandoqꝫ autē de ambobus pariter ſcribit. 54. ET quæcunque extrinſecus.extrinſeca dicit quæ in aliis quidem ſunt & erga nos ſunt alia arbitramur autem hæc eſſe noſtra ut poſſeſſiones & concubitus quæ comites uitæ uo/ cauit dixitque eſſe corporis & pueri quod dixit genituram:ipſaque dignitas hæc nan/ que corporis non ſunt ſed animæ.recte etiam dominam & ī naturalem adiecit. neque enim naturalem iam dominans quoque eſt uelut panis dominanſque eſt etiam nutri/ mentum naturale & aqua ſine quolibet bene eſſe non poteſt at ex phaſianis & bellariis alimentum naturale quidem eſt non tamen dominans. 55. ETHerum per tempora fortunas.ſiquidem ad ea quæ animæ bona ut aſſumptum uult ipſum præſtruere:eſt au tem inuenire qualis ſit præſagii finis ad efficiendam animæ uoluptatem . nec dubium quin utiliſſimum ſit nobis conficiens ad proficiendum.ſpecta uero ad corporis bona. ut hoc præſagium.manifeſtum quoqꝫ ex his utiliſſimum ſciendum igitur eſt hic con/ feſſus accepiſſe propoſitiones.ſed oſtendit progreſſu orationis utrunque iſtorum eſſe uerum & bene ſumptum & ut dicam quod eſt demonſtrauit quæ dicēda ſint capita ex ponendo. 56. SI Non ad opes cuncta humana.In animam & corpus & externa quæ ſunt utilia diſtribuit.demonſtrans igitur de præſagio bona eſſe in anima in corpore & externis reſpondēt tertio.tam & ſi non adopes ſpectat ob hoc non debet uiciari . nam philoſophia quæ cunctis dominatur ſcientiis pecuniarum curam non habet nec quiſꝗ ob id ipſam conuiciatus eſt & nequidem iure hanc inceſſuerit quando ſane mentis ne/ mo minus & deterius ſpectandum duxerit. 57. OMNino exquirunt:eadem fere capi/ tula inuenias impoſſibili & cōmodo quod priſcum eſt cuſtodiendo.nam quemadmo dum in parte quæ de poſſibili traditur non ſolum demonſtrauit poſſibile eſſe in aſtro/ logia præſagium.uerum etiam contrariorum falſas demonſtrauit rationes & nulla in parte ueras cum dicebat quando autem profeſſiones:eodem modo hic uult demōſtra/ re non utile modo eſſe ab hominibus ab aſtrologia præſagium ſed etiam aduerſos cō uincit ſermones.illic ſiquidem accuſabant enunciantes de eis quæ non habeāt præſa/ giendi naturam quod altera arte utantur quod aſtrologiæ deputatur hic perimunt qđ utile in præſagio dicendo oportere prorſus ad fati neceſſitatem ire nullamque ex aſtro nomis prætendi utilitatem quod omnino uenturum ſit.aduerſum quos priſcus eſt ſer mo primo & ſi neceſſario uenturum ſit præſagium tamen fore utile quod de trimenta ex ſubitaria uoluptate ac meſticia exterminent plus nimio intuermur nāqꝫ plures con. feſtim audientes uoluptarium quidpiam:aut mœſcū ilico concidiſſe mente conſterna tos ac defunctos uita. præterea nō omnio fati neceſſitati ait alligari quod ſint quæ poſ ſint non enenire.idqꝫ in rebus oſtendit animo carentibus.nam ſunt etiam quædam ſo lubiles ægritudines ꝗ ſi nacte medicū fuerint idoneū diſſoluūtur nō perimūt.ſinaūt nō habeāt interimēt.nōnulliqꝫ lapides aliqđ efficiūt citra alicuius miniſteriū ut ſi nō obii ciatˀ nō faciāt:uelut magnetis lapis ſi aliū nō obiectetˀ trahit ferrū ſtirpeſqꝫ nō nullæ aꝗ ꝓfuſæ fœtū ferūt qdā nō.in qbꝰ ſi cōtra fiat nō eueniet qđ ꝓpoſitū erat fatū itidē ī aliis alia ut in palma nā maſcula arbor fœminā nō continēs ex areſcit.qđ ſi hæc ita hn̄t fal/ ſum eſt qđ dicitˀ cuncta fati ꝓuenire neceſſitate.non ergo ueꝝ aiūt qui ꝓnūciant ī utilē eſſe aſtronomiā qđ oīſariā oī eſt ſiāt ꝗ ab ipſis ꝓnūciata. 58.AD nihil dn̄antiſſimum.

ad oppugnãdam diductionẽ in propriũ uelut quorũdã propria inceſſentiũ dicentium
in aduerſantia quorundam in proprio. Id namque inceſſentis eſt. ſignificat igitur do-
minantiſſimũ ueritatis. nam quod uerum id propriũ eſt. quod falſum ĩproprium eſt.
39. ET hoc quidem ſimpliciter ad modũ & non in caſſum. Hoc eſt falſum & ĩpropriũ
neq; artis expers. ſed ſimplex & artis expers. neq; ĩcaſſum hoc eſt examinatũ ut ſi dicať
ab ipſis nobis expeditũ facile coarguetur nõ. n. ĩtegre ſumptũ eſt. 40. PRImo qdem
cõſiderandũ. Integras facientes demõſtratiões nõ ſolũ oſtendunt falſum eſſe qđ ab ad
uerſariis dictũ eſt. ſed etiã ex abundãtia q̃ ueꝝ qđ ab illis longius ſuſcipiendo ꝓductũ
ſignificatũ eſt in nulli ipſis ꝓdeſſe opinionẽ id qđ facit Ptolemæus duobus modis co
arguendo tum ut cõfeſſum ac receptũ: tum ut indiuiduũ & falſum. 41. AD Libellam
ad libellã uerbũ apud ipm ſignificat ordinis cõcinitatẽ citra ullã ꝑturbationẽ ſupra nã
que læticiã ex altera parte reſpõdet ad libellã. 42. SED ut cæli. Cũ nobis falſam indi
carit opinionẽ nũc docet uerã qđ cæleſtia qdem oĩa motũ habent nõ cadentẽ at terre
na mutabilẽ ſolutionẽq; hñt fatũ admittentẽ ꝑ accidens & ꝑ cõſequentiã. Nõ dicit ac-
cidens nõ ꝑ ſe qđ adeſt & abeſt ſed accidens ait qđ ꝑ concidẽtiã & ꝑ hypotheſim prius
ſubiecti id nempe accidit & hoc comitãte hoc conſequeť. 43. ET ut hoꝝ qdem. in al
teꝝ trãſiuit epichirema. manifeſto nãq; demonſtrãs in anteriore nõ oĩa neceſſario ſimi
lia aliis. Veꝝ mutabilia & alterabilia. nunc rurſus idẽ uult demonſtrare ꝑ alia epichire
mata. Intuemur nãq; inquit uniuerſale fatũ ſupare particulare ut in particularibꝰ peſti-
lentiis & bellis ita igiť euenient q̃ ſunt fati. occulte igiť nobis illud ſũmiſſe oſtẽdit nõ
ſolũ nõ oĩa neceſſario poſſe euenire ſed q̃dam ex præſciẽtes cauere nos poſſe naturalis
dexteritatis. 44. PARticulare ait fatũ & ortum. dexteritas nãq; naturalis nobis figu-
rã deſcribit ĩ nobis. aitq; difficulter obſeruabilia ualida & ĩmutabilia. 45. SI Vero fue
rint bene obſeruãtes & non ualide non pariter cõuerteneť. Vniuerſaliũ figurationẽ aliæ
qdem ſunt ualidæ & difficulter obſeruabiles: qbus neq; ſacer uir. neq; medicus põt oc-
currere. neq; obſeruatores. neq; diſſolutionẽ facientes etiã particulariũ porro alia qdẽ
ſunt facile ſolubiles aliæ ĩſolubiles. 46. ET Hæc prĩas comitanť naturas. Non ait ſem
per facile obſeruabilia ſolutionẽq; ſuſcipiẽtia ſolui. ſed qñ copiã ĩ diuerſum agentis &
ſoluentis ut tam & ſi nõ affluxerit hæc quoque faciat utpote q̃ ſunt a principio natura
li comitãtia non ex peculiari natura ſed ob cõtra agentis inopiã. 47. HOC que uide-
rit quiſq̃ accidẽs. ad uniuerſalius rõnem trãſtulit nã qđ in hoĩe dictũ ĩn cuncta q̃ in or
tu & interitu trãſtulit q naturale habet principiũ enumerãdo lapides. & ſtirpes & ulce-
ra in ſingula hoꝝ ꝓcedendo exercet orõnem ut in uulnere erit tabes non obui e auxi
lio. in lapidibus aũt ut in lapide Heſculano. is nãque ferrũ trahet ſi aliũ non atterať. In
ſtirpibuſque ſi cõtigerit trahet fructũ ſtirpes aere pluuia mittentẽ ita igiť q̃piã fati hẽt
conſequentiã. 48. NON ꝑ inanes opiniones: Inanes nõ extera ait. ſed fruſtrarias ne
cuncta puteneť de neceſſitate pendere. 49. VELut aliquoꝝ qdẽ ob multa & magna.
Non cuncta arbitrať eſſe inſolubilia uel cuncta ſolutionẽ admittentia. ueꝝ q̃dã ſolubi
lia quædã inſolubilia: ut ĩ medicis eſt uidere p̃ſtantibus q depræhendũt quaſdã ægritu
dines curatu faciles q̃dam q̃ ut plurimũ curã non admittũt. oĩno nãque ĩ cuiuſlibet or
tu fit auerſio aut in affluentia aut inopia. Nã mediocritas alio nõ uerteť. 50. Naturali
ter & iuxta fatũ. Ne inquit putet quiſpiã hæc faciẽtia oppugnãtem affectũ rõnem extra
fatũ eſſe hæc ſiqdẽ ſub fato eſt ſed fatũ cũ fato pugnat ſoluiturque a fato fatũ. 51. AVT
agentẽ ꝑfectũ. Non fit inqt ante cuſtodiã fortuitũ. qđ ſi fiat rõni ſeruit p̃ſagiĩ. 52. MI-
rabiť aũt quiſpiã. Cõpleuit etiã de poſſibile & de utili capitulũ ex ipſa demonſtratione
faciens principia demonſtrationis oportuitque deinde ad reliqua ꝓcedere capitula. at
id non fecit ueꝝ aliqd apponit capitulũ inquã aliud pulcherrimũ & idoneã ambigui-
tatẽ q̃ diſſolui poſſit cõe ambobus præpoſitis theorematis & poſſibili congruẽs & uti-
li Nã quia demonſtrationes hoꝝ ex magis uniuerſalibus & magis particularibus fecit
cenſuit tranſſerendũ q̃ uniuerſalia in particularia. iure in hoc quæſierit quiſpiã cãm ꝑ
quã q̃ uniuerſalia ſunt credunt hoĩes ac particularia neutiq̃ & obſeruanť quidẽ uniuer
ſalia: nõ utique particularia. hoc nimirũ ꝓpoſitũ eſt ipſi quærere & inuenire intuemur
nãque homines hieme imminente prius obſeruare & admoneri & ueſtem comparare
quæ poſſit corpus calefacere. potioneſque calidas necnon alimenta. æſtate uero ingru
ente temperatam ueſtem frigidiſque utendo potibus nihil ultra curando aut alii rei in

alii rei in

ſiſtendo obſeruatione ex aliis ſtellis ad luminarium figuram intenſionemque tempo-
rum annuoꝝ temperamenti:ſed credendo uniuerſis operibus particularia negligendo
intuemur nāq; nautas obſeruare tropas hoc eſt Solis conuerſiones lunæq; figuras:quæ
nā huius ſit īſcitiæ cauſa inde ad id qd' a conſuetudine abeſt excidit hoc quoq; modo
talem auget impitiā.addit porro aliā hmōi cām nō poſſe inueniri facile quempiā q ſi
nem norit ac ex aſtrologia ꝑſciſcentem ſed præ cuſtodiendo p medicinā & operariā.
raro.nāq; datur inuenire uiꝝ his inſignem oībus.qd'aūt hæc uere autumet quodq; nō
leuiter cōmotis ſit fidem facit ægyptiorū libroꝝ traditione.ægyptii nanq; cām huius
cognoſcentes inſcitiæ ne utiq̄ propria medicinalia cōpegerūt.ſed ꝓpria aſtrologica &
operaria cæteꝝ ſimul cuncta conſcripſerunt ubi affinia & q̄ conſequūtur cōpacta ſunt
unus & ipſe uidens nō præter inſcitiā cōmunicantium obſiſtere ineuntibus non poſſe.
53. PRæparantes ipſoꝝ naturas ad temperatū.Ad cōtrario contrariū circūfundendū.
duoꝝ nāq; cōtrarioꝝ mixtiones temperiem efficiunt.In æſtate qdem calefacti utimur
plurimū refrigerātibus at in hieme diuerſo affecti temperamento calefacere nos ſtude
mus.reditus. 54. Reditus in mare nauigantium ait īpulſus ad primordia coituum.
55. CVNcti hoīes excōmunitā q̄ notione impulſi pſuaſi ſunt ut oporter coitus ex fru-
ctuū in terrā mutationes fieri lunæ augumento. 56. IN Particularibus.Tam & ſi ma-
gis particularem trāſtulit ſermonem.uerūtamen ad particulare non ſpectat qd' hac fiat
hora.hoīes nāq; ſpectantes annua æſtuoſa tempora & refrigerantia nō potuere conſi-
derare aduentātia ipſis temperamenta ex aliaꝝ figuratione ſtellaꝝ.ꝗuis cōſequens eſt
conſiderare unū quemq; hoīem.& ſi poſſibile eſt uniuerſales æſtus ī primis obſeruare
ex ortu & ex aliaꝝ temperie ſtellaꝝ poſſibile fuit obſeruari primas naturas ſine impedī
mento abſolutas. 57. MEMoraui eqdem tibi ſuperius quod q̄ ſolutionem admittūt
ſi inueniāt ex altera parte reſpōdentia & oppugnātia ſoluenť.qd' ſi nō inueniantur,ut a
principio omnifariā oīno definita obuenient.Pariter uero etiā notionem nobis indi-
cauit unde hoīes cōmoti dixerunt cuncta neceſſario cōtingere. 58. LICet ſint pauca.
Artis qdem eſt q̄ ſæpe.amplecti.at q̄ rarenter fruſtrari at ipē ex abundātia id uolens de
monſtrare inquit:Licet nō ſæpe ſed rariuſcule nos liberauerit.atq; ita a mare oportet q̄
aliquādo a malis in munis. 59. AT nunc & deinceps.prima nāq; natura q̄ cæleſtium.
Prima certe natura cæleſtiū ſecunda his ſubſtructa q̄ pōt ex altera pati parte non neceſ
ſario a fato definitis hoc ſane in ſecundo loco ex fato ipſi uult ſignificare prima igiť cō
ſtructa ab ægyptiis ſub fato.Secunda uero hæc poſſunt diſſoluere. 60. VT abſq; horū
cognitione auxiliiſq; diuerſo modo cadentibus.a priſcis hoc quoq; dictum medicis ut
omne antecedit curā.cognitio & recte quidem cognitione percepta cura confirmatur
regiturq; ab errāte aūt etiā medela ab errat. 61. FACiemꝰ uero ſermonē.ubiq; doctri-
nalem cuſtodit modū.Cōplendo igiť q̄ a principio ꝓpoſita ſunt ac potiꝰ alia tractatu-
rus capitula & futura determinat & doctrinā & futuroꝝ q̄ dicenda ſint ꝓcinit capitula.
dicā igiť inqt de effectiua ſtellaꝝ poteſtate naturaliter ac introductorio more.philoſo
pho nāq; cōuenit tam de eſſentia ipſaꝝ dicere q̄ de ptāte diſſerere. 62. DE Planetarū
poteſtate poteſtates ſtellaꝝ effectrices Ptolemæus principaliter qdem ex ꝓueniēte ad
nos ab ipſis facit poteſtate.deinde etiā reſpiciendo ad ſolē motus ac ad ſphæras ipſarū
ſtellarū poſitiones referendo ſermones.in qbuſdā enim poſitionē ſolū capit.ſicut ī aliī
qbus cū poſitione etiā motū.In tarde igiť motis ſatis ſit poſitioni motū cōparare mul-
tum enim uere cōducit tēpamenti qualitati motus q uelox.accedente nāq; ad ſolem
ſtella aſſumendo illius poteſtatem ſe cōfirmat.ſumpſit ergo a ſole principiū qd' aliis er
ga nos ſit uæhementior:quodque ſit medius & extrema a medio figurā accipiant & q̄
utrinque ad medii habitudinē extremorūque hr̄e inſpiciant.Sol igiť calidus & aridus
eſt id ꝓpterea & talem affectiōem ex ipſis noſtris aduehit.Corporibꝰ cōfeſtim igiť mo
tus ad centrū qd' nobis eſt ad uerticem æſtatē facit.Calidū & aridū ſtatū ſed qd inquā
æſtiuo tēpore.ubi id ſemp eueniat in meridie cū ipſe in medio ſupra terrā fuerit hemi-
ſpherio.igitur Saturnus q ab ipſo lōgiſſime abeſt alieniſſimā a ſolis poteſtate enī actꝰ
eſt cōplexionē.nempe refrigerās & ob ingentē frigiditatē lōge a terra abeſt. ītuemur
náque in magnis frigoribus aquā cōcreſcere & areſcere at luna uapore terræ ꝓpinqua
& exaltationibus referta eſt humida.par eſt ut quoque frigida ſit quatenus a ſole diſtat

eatenus namque a ſole abeſt quatenus & Saturnus ſed quia ut diximus in cæleriter mobilibus motus poſitionem urget Luna utpote uelociter mobiles ſemperque ad Solem conuerſa figura quapiam ſolari fruitur lumine & incaleſcit. poteſtatemque habet calidam & humidam ĩpenſiuſq; humidã q̃ calidã. Cum igitur inuenerimus & medii & extremorum poteſtatẽ facile etiã aliorꝝ ſcire poterimus. Iuppiter nãq; inter frigidum & calidũ ſidus Saturni & Martis tẽperatæ poteſtatis eſt. ſiquidẽ excontrariis eſt tẽperies. ſicut Mars utpote ſolari uicinus globo igneam eſt uim adeptus infeſtã. Veneris ſtella Soli uicina caliditatem admittit ut humido detinet̃ unde & temperata eſſe potiꝰ dicitur par nãq; eſt ut in ſtellis temperatis potius imperet caliditas q̃ humiditas Mercurii aũt ſtella duplicem habet tẽperiem unde & cõmunis eſſe perhibet̃ aridus nãq; eſt & humidus hoc nãq; ex celeritate motus quod a poſitione globi admittit. 63. ET tabefaciens. Sunt pleraq; quæ diximus regionis ſubiectæ inuicẽ. at tẽptabimus quædã quoq; incerta augurari ut propoſitum ex euidentibus fidem facere ut tabefaciat luna corpora & humectet. nã ſi quis ſub lunari lumine ſomnũ capiat ſe confeſtim ſentiet humiditate aliena refertum ac ſi quis carnes lunari ſubiiciat luminiꝭilico putreſcunt. 64. ET Circa terram humorꝝ exaltatione. aridũ quidem ob diſtantiam a terra eſt. at frigidum ob Solis abſentiam. 65. QVAndoquidẽ aliæ quidem ita aliæ uero ita. Quoniã dixit cõplexiones ſtellarꝝ ex ad ſolem & lunã conſtare figurarum conſtitutione: ut demonſtraret figuras non fruſtra neq; ſimpliciter fieri ſed uiciſim ſuã cõplexiõem indicare id oſtendunt quæ ex ipſis fiunt irritationes id in nobis præuẽtionibus p̃ſtat̃. 66. CONflagroſo colore proprie. hoc tanq̃ ambigente aliquo ac dicente unde apertum ſit Martem ſuccendere intulit colorẽ manifeſtã facere complexionẽ. 67. SEMinalium ſpirituum. aliã alii ſtellarꝝ addit cõplexionis demonſtrationẽ. In Ioue abers quæ ex ipſo cõficiũtur ut ſæmina ex ipſo ſunt ſpiritalia quod ſi ſæmina etiã temperata quid enĩ aliud tam eget tẽperamento q̃ ſæmen. 68. CALefacit nãq; clæmenter. admirandũ ſane uidetur quod ab ipſo dictũ eſt excellentẽ nãq; temperiẽ in caliditate dicendo bonam tẽperiem utriq; attribuit terræ & nobis. at mirari non eſt æquũ quod nõ tantũ relinquatur caliditas ut bonæ complexionis terminos excedat. Præterea illud quoque uidet̃ admirabilius ambiguitatẽq; ingerit incurioſius proſpicientibus. Veneri & Lunæ eãdem tribuit cõplexionem non utiq; ambobus etiã bonam cõplexionẽ dederit. Id utpote ſequens ſimiles cõplexiones ratiocinari promiſſit auditori. quod aũt id ita habeat ex ipſo cognoſcendum. ſermone procedens de beneficis & maleficis loquẽdo euidenter lunã ait eſſe tẽperatam ubi temptabo ego quoq; id memorare. 69. OB Magnitudinẽ ſuorum luminũ. Cauſam iterat cur Venus humida quo modo Luna. nã luna iure ꝙ oium proxima terræ ſit. Venus aũt ob uicinitatẽ non ob ipſam mõ ſiquidẽ minorẽ oportuit habere humiditatẽ ſed ob ſui luminis magnitudinẽ ſuppetit ob hoc plus humiditatis. 70. AT Mercurii. Hæc ſtella ancipitem habet dupláq; complexionẽ. ꝙ nãq; motus ueloci eſt nec a ſole longe diſtans arida. utpote lunæ incumbẽs globo humidus efficit̃ Mercurius at ipſe uolens ex abundantia demonſtrare duplicem & ancipitẽ ſtellæ uim ponit in utriſq; notibus mutationes celeres efficere. Hoc quid eſt. nempe additionẽ & ablationẽ. Mutationes ſiquidem hæ ſunt fit aũt id ab aduentitio motu cerebroſo ſtridulo & ſpiritoſo ut ſiquis uirgam uel quid uis ſimile uæhementius in aere quatiat ſtridorem & flatũ facit ualetq; proximũ mouere eodem modo etiã Sol cerebroſe motus ſtridore & flatu  
ueIociorem ipſum facit motũ. ꝙ aũt cæleriter mutet & moueatur dũtaxat præter alias ſtellas nõ facit ſtationẽ cæterꝝ licet ſtationem facere uideatur ſcrupula tamen aliqua mouẽt. at alienum non eſt aliorꝝ quoq; non omittere opiniones. qm̃ natura aridam & humidã eſſe dixit ſtellã & in prima ſtatione humidiores ſunt ſtellæ & in ſecunda aridiores ut mox oſtendemus cũ uelit demonſtrare ob hoc duplam habere complexionẽ Mercuriũ id propterea cõmemorauit. Faciunt aliæ quoq; ſtellæ ſtatiões & ipſe humidæ euadunt atq; aridæ at Mercurius plus aliis & cito ſtationẽ facit ob continuantiã ut naturalem uim habeat a ſtationibus effectã. 71. DE Beneficis maleficiſq; Cum hæc ita habeant tria quædã ſunt comitantia & inuicẽ conſequentia cõplexio poteſtas. & operatio prius complexione opus eſt quo ex ipſa poteſtas producatur inde talem poteſtatẽ comitari conſueuit operatio. ſciendũ eſt de complexione orationẽ breuem eſſe

uem eſſe

nem eſſe itidē de poteſtate. at de operatione magis arduā particularibus rebus uarieta-
te referta rerū igiť naturā ſecutus ordinē quoq; doctrinæ fecit de cōplexione nāq; dicē
do & quali p ipſā poteſtate mox de ex cōplexione exorta ptāte differit querēdo qua-
lis nā cōplexio uim cōſueuerit gignere ſæminalē & qualis corruptibilē ordinē doctri
næ ipſe aſſimulat uniuerſitatis ornamēto noſcēda nāq; ait prius elemēta & quæ in ipſis
ſiñ qualitates. Inde ita ad ipſoꝝ deueniendū poteſtates: qa igiť ut dixit elemēta fuſiōes
uocabat cōſequenter nūc ipſoꝝ poteſtates dicit cū elemētoꝝ fuerit uſus exēplo æquū
fuit ut tranſferret ad ſimile nēpe ſtellas: quia igiť inquit ituemur ſæminia humida & ca
lida elementoꝝ. Corruptoria autē arida ſicut & frigida: ſtellarum quidem quæ calidæ
& humidæ eædem ſeminales & bonæ exiſtimanť ut quæ aridæ & frigidæ corruptrices
erunt tres ergo bñficæ Luna Ven⁹ Iuppiter corruptrices aūt Saturnus & Mars ob cōple-
xionum in moderantiam: ſola uero mercurii hinc manifeſta ex iam demonſtratis cō-
munem habens. Complexionē aridi & humidi. ſol aūt ꝙ aliquando nobis propinqui
or calefacit aliquando diſtantior refrigerat mō igiť aliquo ad motū ob huiuſmodi di-
ſtantiā ipſe quoq; naturā habet duplicem. 72. QVAtuor fluxionū. Fluxiones uoca-
uit elementa quod tanq̃ præpoſitis his cuncta ex his naſcentia fiant ipſaq; effundantur
in quolibet qđ fiat ſubiectū tēperatū in tribus in uniuerſum īduxit nō in ioue & uene-
re ſolū ſed ēt in luna hocq; abſoluet in poſteꝝ memorauitq; tibi ut commonuimus

73. CONuerſos qm̃ dixit ipſos cōmunes maleficos ideo dicturus eſt qñ malefici fiāt
ad ſtellaꝝ figurationes & qñ ſæminales ad bñficos qdē delati illoꝝ participatione be
nefici efficiunť ad maleficos aūt uim tenēt corruptricē ad figurationes ſimpliciter natu
ras ſuas pmutātes. 78. DE Moribus & fœminis ſtellis lociſq;. Rurſus poſtq̃ prima ge-
nera in hoībus forma & figura ex cōplexione ſtellaꝝ & effictū ut plurimū diffingiť in
diuinis autē non ita ſed ex formationibus eſt capere. Cōplexiones diuidendo generi
bus aliquo pacto diffingēdo diximus nāq; uelle cūcta de ſtellis artificioſe cōpta uni-
uerſitatis aſſimulare formationi: terrena nāq; extructa quodāmō ſunt & effícta: multo
magis cœleſtia iſq; hmōi ordinis cauſa cōſtituiť ſed qa uolumus noſſe hæc ut digerā-
tur ex illoꝝ affectione p ſimilitudinē eoꝝ quæ in nobis eoꝝ quoq; poteſtates ſubie-
cimus: nō iniuria poſt cōplexionū & potētiaꝝ inuētionē naturas quoq; cōplexionib⁹
conſonāter abſolui. Sciendū tres eē figuras q̃ ſtellas faciūt maſculeſcere ac fœmineſce
re. Cōplexionē: figurationē ad ſolē: & ad orizōtē. Cōplexio quodāmō qa ituemur mu
liebre genus humidū & molle naturæ opificio confectū qđ facile effingi poſſit at uirile
durū & intractabile manifeſto quotcūq; iuenerimus ſtellas magis humidas eas dici-
mus fœmineas: quas aūt aridas eas magis maſculas. Cū hæc ita habeant erunt luna &
uenus fœminæ mares aūt reliq̃ p̃ter mercuriū is nāq; aridus & hūidus demōſtrat⁹ du-
plicē naturā hēt tā mas q̃ fœmīa noīat⁹ at ex ad ſolē figuratiōib⁹ maſculeſcūt & fœmine
ſcūt hoc pacto: maſculæ dicūť: cū matutīæ fuerīt: apparēt nāq; tū tanq̃ iuniores & nup
genitæ uiq; hñt ualidiorē: fœminæ aūt cū ueſptinæ: at ad orizontē: hæc ſubaudi ſupra
terrā hemiſphæriū ab horoſcopo ad occaſū uſq; in duas diſtribuiť ptes & qđ ſub terra
ab occaſu ad horoſcopū uſq; itidē in ptes duas. Cū ergo ſint ptes q̃tuor ſciēdū duas q
dē ſolaria appellari: alias uero totidē libyca: q̃lia igiť uocat ſolaria: nēpe q̃ ab horoſco-
po ad meridiē & ab occaſu ad ſub terrā uſq; hæ nāq; ſibi cōferūt & īuicē ſunt ſimiles:
q̃les porro libycas nēpe a medio cœlo uſq; ad occaſum & q̃ a loco ſub terra ad horo
ſcopū uſq; ſtellæ igiť cōſtitutæ in ſolarib⁹ q̃dripartus maſculanť in libycis aūt fœmine
ſcūt & miꝝ ut nō ſequēs hemiſphæriū totū ſolariū uocauit ac maſculātē: alteꝝ āt liby
cū ſed ut appuit q̃ p diametrū accepit q̃dripartia utpote q̃ tradāt īuicē ſibi q̃ ui ſuæ hñt
poteſtatis quæq; in principiis ſunt hemiſpheriorum & ob hoc quæ ualidius poſſint.

79. DE MAſculinis & fœmininis ſtellis rurſus quia primo genita. Neq; prima rur-
ſus comprehenſa ſunt ſimpliciter a ptolemæo ſed ſingulæ dictiones ſignificant quid ue
lit igiť rurſus īdicat uniuerſitatis ſecutus exornatū cuncta expōit ut ordīe uniuerſita-
tis prima nunc quoque propoſita quod prima ſignificat eſſe aliquod aliud genus cō-
mune maris & fœminæ ferens collationem. & nota ut hermaphroditorum plus enim
ingignitur ſunt namque ſimplices elementorum poteſtates uerum domini domina-
tur humida eſſentia magis aliis alia ſpectes fœminis unam modo attribuiſſe qualitatē.

humidam ut maſculis reliquas ita namq; & Iupiter. Comparietur maſculis caliditatis
quæ in ipſo magis dominatur. 80. MATVTINOS quidem exiſtentes & præcedē
tes. ſignificauit quæ ſint matutinæ ſtellæ. id documentum uerbis non admodum aper
tis explicatum eſt incurioſe ſpectantibus cæterum ut conciſis ita aperte expreſſu; intel.
ligas ſciendum eſt alias quidem partes ſolis præcedentes iuxta uniuerſitatis motum &
alias iuxta ſolem ipſum ſub mutatis namq; motibus ſubmutata etiam compereris præ
cedentia. Priſci autem iuxta uniuerſitates motum capiendo præcedentes partes uoca
bant quæ prius aſcendebant ſolis conſequentia quæ inferebantur. ſub terra. 81.
CONTRA cæli medium. Non ſolum medii cæli oppoſitum dictum obſcurum erat
dimetiens quam diametron dixere medium cælum ſub terra eſt tamen plurima eui.
dentia deligens ſub terra intulit. 82. DE DIVRNIS nocturniſque. Similiter facien.
tium tempora poſteaquā de ſtellarum poteſtate diſſeruit aſſimulando ipſam ubiq; uni
uerſitatis ornamento. Quia igitur in duo interualla tempus maxime diſtribuitur iure
uult docere quæ complexio cui interuallo affectione diſtineatur. Compleatq; theore.
ma. Aliquando quidem a complexione ſimilitudinis partemptás aliquando autem a
repugnantia. In cōmenſurabilibus quidem habentibus complexionis qualitatem ex
ſimili temptat at in cōmenſurationis ex partibus ex contrariis ſemper quidem in com
menſurationem cadentibus ſimile ſimili additum eandem qualitatis cuſtodit ſpeciem
at in commenſurabilitatis expertibus ſimile quidem auget completionis in cōmen.
ſurabilitatem. ut quod diſſimile. Commenſurabilitatem mixto gratificatur. Igitur Iupi
ter & ſol. utpote commenſurabiliter habentes caliditatem diurni ſunt uocitati ut luna
& uenus nocturni ob cōmitantem ipſas humiditatem. at diurnus uocatur ſaturnus &
mars nocturnus ſaturni quidem diurnam ſortem adeptus eſt utpote frigidior exiſtens
Conſueuit namq; calido āmixtus commenſurabilitatem perficere. At martis noctur.
nam factionem natus eſt utpote aridior exiſtens. Conſueuit namq; ipſe quoq; humido
āmixtus mediocritatem enanciſci. mercurii porro hinc promiſcuum cuſtodit comple
xionis & ambabus conuenit factionibus modo diurnæ modo nocturnæ. Matutinus
namq; exiſtens eſt diurnæ. Veſpertinus uero nocturnæ. At iam didicimus quo pacto
quidem ſtella fiat matutina nec non pariter ueſpertina ut quæ dicta ſunt omnia iuxta
uniuerſitatis ordinem ſint pronunciata. ob hoc incipiens dicebat mox. Videbatur
namq; hic ſimiliter referre proportionem mox. Cum autem ait facientium non eſt exi
ſtimandum q dies uel rurſus nox faciat & opus conficiat. Sed q nobis tempus conſti.
tuat. In has namq; ſpectando factiones temporis motum depræhendimus. pulchre per
ſpicue adiecit. Quoniam alia quoq; ſunt quædam quæ nobis temporis manifeſtum fa
ciant motum ut horæ & id genus alia. At non ita perſpicue ac manifeſto & euidenter.
83. MASCVLATVM non incaſſum. hoc adiecit uoluit namq; non ſolum iuxta com
plexionis poteſtatem familiares efficere factiones uagis ſtellis. ſed etiam per maſculi.
num & fœmininnm 84. NAM BONAE complexionis. futuræ occurrit ambigui
tati diuinitus indagando. Cur in ſaturno & martæ non eandem cuſtodiuit rationem
ſed contrariam. Inquit igitur inter ſtellas quæ ſint temperatæ gaudent ſimili. Seruatur
ſiquidem ipſarum complexio ob ſimile quæ uero diſtemperatæ gaudent diſſimili. Nā
ipſarum ob ſimile non cuſtoditur cōplexio mēſuræ inæqualitate parta ob aduerſantiā
85. IAM CERTE præter eas quæ ad ſolem. De inſitis complexionibus ſtellarum diſ
ferens nunc de aſcititiis libet tractare quas admittunt ex ad ſolem figurationibus. Late
re namq; nos non oportet q quemadmodum maſculeſcunt & fœmineſcunt ex ad ſo.
lem figuris eodem modo etiam complexiones mutant ut figurantur. illud ſane ſignifi.
catu dignum & quoquo modo eſt cauſa inuenienda qua comitante propoſito theore.
mate quod eſt de naturali complexione non ipſum compegit præcedenti ſed compa.
rando plura huiuſmodi theoremata & cūcta quæ ſunt de ipſorum poteſtatibus & quæ
cūquæ relinquuntur complexionibus. nunc hoc ſcribit uerum. Cauſa aperta eſt magis
aſciticiis cognoſcētibus ī eis q̄ ꝓpoſita ſunt. Ex qb⁹ nāq; ipſe iqt. Cā patefiet nec.n. uult
cūctas ſtellas aſciticias admitterē cōplexiōes ſ; ſolē lunā Iouē ſaturnū martē alias uero
nō. ſeu hoc mō. Cōſequēs erat prius cōmuniora & oib⁹ cōgrua deſcribere theoremata

ſiue ita magis propria ac non eodem modo quæ in omnibus dici poſſent. Secūdo igi
tur in his manifeſtabitur ambiguitas cur non omnes ex ad ſolem figurationibus com
plexiones cōmutant ait non omnes ſtellas poſſe dimetiente a ſole abeſſe. nam ueneris
& mercurii non poſſunt tactum abeſſe utpote celeritate motus ſoli ſemper propinqui
inueniuntur atque hæc quidem ita perficiantur. 86. DE LVNA. Incipit canonem
& doctrinam in luna exercere utpote figuras ipſius euidentioribus exiſtentibus & pro
prie ſub ipſa cunctis percognitis. fit autem palam in quadratis. humidior nāq; eſt luna
a coitu ad diuiduam uſq; ꝙ uideatur tum modo partu edita ac ſicut infantes nuper edi
bẽt autoritatem.ſatis imperioſe ſi nacti ſint qui obediant & peruertant eoꝝ ĩperio quæ
rectiſſime ab aliis poſita ſint.At nõ ſũt tanti.Aiũt porro quod in quæſtione ſit id ratum
haberi non oportere.quis eſt quæſo antiquorum qui hoc faciat ambiguum niſi iſti pau
culi modo neoterici parum proſpicientes rentur ambiguum.His ergo:quo modo non
ſit certi autoris liber probandum eſt quando id addubitẽt.Aiunt etiam ideo ciceronis
non uideri quod Quintilianus id opus nuſq̃ nominarit:q̃ id acute . Nemo certe nega
uerit multos eſſe ciceronis libros quorum nullã prorſus facit mentionẽ Quintilianus.
Quid ni?quaſi uero hanc ſibi quintilianus ſuſceperit prouintiam ciceronianos libros
nominãdi: quos ergo nõ nominauit aſciticios adulterinoſq; dicamus.Cum præterea
in eodem libro Terentiæ uxoris ſuæ meminerit:aiunt acute ſane ideo non uideri cice-
ronis quod anteq̃ uxorem duceret rhetoricos illos ſcripſiſſe libros neceſſe fuerit quaſi
ariolos habeamus:qui ſine teſtimonio ullo præterita tã bene noſcitarit ut neceſſe putẽt
hos libros editos antequã duceret uxorem:q̃q̃ ſi ciceronis non ſunt quid hæc dicere at
tinet.Aiunt p̃terea in libro de oratore ad herennium libros damnatos ſua iam: nõ am
plius aliena innixi autoritate. Alios libros dici:nõ illos.nec rõnẽ uel rõnis umbellã ꝓſe
rũt.At nõ eadem p̃cipit quæ in aliis?quaſi uero multis modis eadem præcipere non ſo
leat Cicero.aliter in libris de oratore:aliter in topicis.In partitionibus aliter.Et quoniã
Hermetis meminit præceptoris Cicero aiũt opus uideri ñ oportere cicerõis quod eius
nominis nemo ciceronis tempore fuerit. quaſi uero iſti pythagorei euphorbii ritu ab
eo tempore iteratam generationẽ ad nos uitium more propagarit nõ alia certe de cau
ſa niſi ut id modo indicarẽt ad Herẽniũ libros rhetoricos Ciceroni falſo deputatos:quĩ
tam audaculi auſint aſſerere nullum fuiſſe tum hermetem.Sane Aulus Gelius in.xii.no
ctium atticarum ait ſe non comperiſſe quẽq̃ ante Auguſti imperium eorum qui ĩtegre



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

locuti ſunt dixiſſe barbariſſimum.Idem quoqꝫ in quinto neminem aut latinũ: aut græ,
cum:eorum qui facundi haberentur dixiſſe barbariſmum:aut ſolœciſmum . ſi uerum
ſit quod Aulus Gelius inquit dici profecto potuit:ideo etiam Ciceronẽ eos libros ſub
ruſticos appellaſſe:Verum ut in hoc:ita pleriſqꝫ aliis in locis Aulus Gelius hallucinatus
eſt:ſiquidem elegantiſſimi autores græci tã barbariſmum q̃ ſolœciſmum dixiſſe facil,
lime arguuntur:ut Ariſtoteles:& Dionyſius halicarnaſeus:ita alii.Cumqꝫ ut Strabo do
cet id a græcis cõfictum ſit uerbum:uſiqꝫ ſint ante Auguſtum plæriqꝫ inſignis doctrinæ
elegantiæqꝫ auctores.Cur tandem eis latini non utentur uerbis? ac ſi poſt Ciceronem
ĩdoneum uerbum:quo uteremur exiſtimatum a clariſſimis eſt auctoribus:cur nõ fuiſ,
ſe ſemper exiſtimabitur.& quoniã Laurentii Vallæ mentiuntur auctoritatem: ꝓferam
ipſe quid Laurentius dicat in pogium:Verba certe quæ Auli gelii proferunt:nec enim
iterandi ea locus eſt neqꝫ attinet.ſtatim ſubiungit immo in utraqꝫ lingua Aule geli ꝓ
biſſime.nam & græce Ariſtoteles tũ atticus:tum elegans ſcriptor:eo utit᷑ in libris elen
chorum:et de arte poetica:& eum ac cæteros imitati ſunt.cũ alii tũ Gicero atqꝫ Quin
tilianus.hæc ita Laurentius. Quis hoc ergo opus ciceronis eſſe poteſt ambigere? Cũ
incorruptiſſimus ad noſtra uſqꝫ tempora eius operis titulus ad nos peruenerit . Cum
Marcellus & Seruius & Priſcianus & Diuus Hieronymus & Diuus Auguſtinus cicero
nis id opus eſſe confirment:etiam ex eo citando teſtimonia.Cum ipſemet familiari ut
fieri ſolet uxoris utatur exemplo:cũ in aliorum rhetoricorum ſecundi libri parte extre
ma reliqua rhetorices præcepta ſe deinceps dicturum polliceatur.neqꝫ eis quicq̃ tamẽ
libris addiderit.nam de oratore libri ſtrictim Antonii:& Craſſi de oratore continent
ſententiam.partitiones aliam rhetoricorum præceptorũ faciem.quis ergo potuit am,
bigere mentis compos quin ad herenium ſcribens omnem rhetoricam præceptionẽ
tradere uoluerit. Ait ſubinde Cicero cum biennium uerſatus eſſet in cauſis:eiuſqꝫ no,
men in foro celebratum ſe adoleſcentem athenas conceſſiſſe:& philoſophiæ ſtudium
a prima cultum adoleſcentia nunq̃ intermiſſum:& ſemper auctum:quod conuenit cũ
eius operis prohemio ad Herennium: qui Herennius an is fuerit:cuius meminit Pro,
pertius aliuſue mihi curæ non eſt quærere.Velut is:cuius pro Celio meminit inquiẽs
Animaduerti euim Iudices audiri a uobis meum familiarem.L. Herennium pattente,
in quo etſi magna ex parte ingenio eius: & dicendi genere quodã tenebamini & quæ
ſequuntur. Cur inquã hic eſſe herẽnius non poſſit.At inquient hunc non legeramus
locum.non ergo tam præcipites ad id aſſerendum eſſe debuerunt nõ fuiſſe quenq̃ he,
renniũ:qui tam familiaris eſſet ciceronis. Et perinde cum a præceptoribus:ut aliis:ita
hermete dicendi præcepta hauſiſſet: ea in libros regeſſiſſe ad herennium : quod uiſus
eſt annotaſſe Quintilianus.ſunt enim inquit uelut regeſta in hos cõmentarios:quos
adoleſcens deduxerat ſchola & ſi qua in his culpa:tradentis eſt. ſiquidem de aliis idĩ
telligi rhetoricis qui poteſt? Cum in ſecundo eius operis uolumine quos græcos ſit
ſecutus antiquos auctores dicat.Deniqꝫ ne in re apertiſſima diutius commoremur.ſi
Cicero non ſcripſit:alius ergo quicunqꝫ fuit poſt ciceronẽ ſcripſerit neceſſe eſt.ſi Quin
tilianum:ſi alios audiamus autores.ſi id.quid eſt ergo quod ſtupidi iſti non uident in
quarto uoluminis eiuſdẽ operis prohœmio dixiſſe cũ probat ſuis ſibi utendũ exẽplis:
potiuſq̃ exemplis a Catone. a Gracchis.a Lelio.a Scipione.galba:Porcina:Craſſo:An
tonio:nec ciceronis ulla facta mentione:ſi cicero non eſt. Vnde queſo magiſq̃ a cicero
ne exempla petere oportuit:aut quis ei rei magis potuit ſuffragari.quis potior? quis
dicendi rationis accuratior locupletiorqꝫ adduci potuit? Ait nãqꝫ de ſe ipſe.nulla eſt
enim ullo in genere laus oratoris:cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi nõ per
fectio:at conatus tamen:atqꝫ adumbratio.q̃ ridiculum ſit putare:cæteros eum quiſquis
ſit multo inferiores nominare.unum uero omittere Ciceronem:non Hortenſium Ci,
ceronis etiam æmulum:philippumue:uel poſt Ciceronem quẽpiam alium. faceſſant
ergo iſtorum præſtigiæ:quiſquiliæ neniæqꝫ : ne in mentes rudium repant doceantqꝫ
non ſcientiam ſed uecordiã:& imperitia teneras adhuc mentes imbuant.proinde hæc
ſatis.nos id procuremus:ut in hoc opere quicquid minus obuium ſit id aperiamus:ne
utiliſſimum capeſſendæ eloquentiæ librum in ſitu iacere permittamus & aliquando
ad oratoriam facultatem aſpirantibus innoteſcat.Cicero filius patrem itaqꝫ percuncta

tus inquit. STVDEO MI Pater latine audire ea:quæ mihi de ratione dicendi græce
tradidiſti. His uerbis docet nos patrem Marcum Tullium filium Ciceronem græce p-
cunctatum quæcunq; latine percunctaturus. SI MOdo tibi otium eſt & ſi uis. Magnã
filii oſtendit modeſtiam:qui otium pariterq; uoluntatẽ patris cupit adeſſe. QVONI-
AM aliquando mihi romam exeundi poteſtas data eſt. Hinc colligitur nõ in urbe ro
ma hæc ſcripta eſſe:ac forte in uilla dum eo animi mulcẽdi cauſa cõceſſiſſet. OMNIS
DOctrina dicendi. Quã uoce græca rhetoricam appellamus. CEDO QVAS? Hoc
uerbo cedo tam in dicendi quam in dandi ſignificatione uſurpatur: cuius pluralem
numerum Terentius cete patri meo poſuit. INVENIENDA SVNT & collocanda.
Quæ partes ſunt binæ rhætorices inuentio ac diſpoſitio:ſed diſpoſitionem utcunq; tã
elocutioni:quã inuentioni deputetur. Ait tamen peculiariter inuentioni deputãdam:
ut elocutioni pronunciationem:quam in uocem:motum:uultum & omnem diuidit
dictionem nempe corporis motum: ut inuentionis:diſpoſitionis elocutionis:pronun
ciationis:cuſtodem & quaſi theſaurum memoriam eſſe det intelligi. QVATTVOR.
Non ita in cæteris preceptionibus rhetoricis. Plures namq; orationis partes eſſe alibi
uoluit. At hic ex ſua alibi ex aliena id pronunciat ſentẽtia. DVAE VAlent ad rem do
cendam. Narratio & confirmatio. Ideo areopagitæ ut Trophonius ait has ſolas admi-
tebant ad quos cum orator accedebat cauſam dicturus pro foribus precone exordio:
atq; peroratione uteret̃ pſcribebat inquiẽs μυ τοροϊμιαξοῦ μυλε επιλέξέ. Nempe
quo oĩs a iudicibus abeſſet affectus. INFINItam. Quam græci theſin. noſtri tum infi-
nitam quæſtionem:tum propoſitum:tum conſultationem uocant. ET DEFINItam:
Quam Græci hipotheſin. Nos modo controuerſiam modo cauſam nominamus.
QVONIAM igitur inuenire. Diſtributa omni ratione dicẽdi in partes tres primam
primo ſibi diuidendam tractandamque ducit:& quia eius partes inuentio antecedit:
præponendũ cæteris recte iudicat inuẽtionẽ:quã ait ſpectari in fide facienda alioqui p
ſuadere non poterit auditores niſi uere dici putent:quæ ab oratore ſignificantur:tum
etiam in motum:quem animis orator afferat quod potuerit obtinere niſi moueatur
auditor? PROBABIle inuentum ad faciendam fidem. Argumentum certe triplex eſt
aut neceſſarium:quod mathemathicis congruit:& ſophiſticum quod ſycophantis.: &
topicum:ſeu probabile:quod dialecticis pariterq; rhetoribus:ac oratoribus. Cumq; de
monſtratiuum conſtet ex ueris neceſſariis primis medio carentibus notioribus cauſiſ-
q; concluſionis ex ſuo primo ac precipuo modo atq; ſecũdo ea : quæ per ſe inſunt præ
dicato recipit. Sophiſticum ex eis quæ non probabilia quidem:ſed uidentur:probabi
le porro ex eis quæ probabilia qa omnibus placẽt:aut pluribus aut clarioribus. ORA-
CVLA:quæ uoce diuina proferuntur. Vnde etiam oracula diui auguſtini teſtimonio
in libro de ſpiritu & anima dicimus inſomnia in quibus futuris rebus aperiendis diui-
na quæpiam perſona appareat. AVSPICIA:Ex auium enim aſpectu futura ueteres p-
nunciabant. VATICINAtiones: Quas uates prophetæq; fore protulerit. RESPON
ſa. Sacerdotum quæ cuſtodienda obſeruandaq; pontifices præſcripſerint. HARVSPI
cum. Ab arigie inteſtiginis inſpiciendis ſunt haruſpices dicti. Hariga uictima eſt:quod
ex hara ideſt ſtabulo agatur dicta. CONIEctorum. Qui ſomnia quid portendant pui
dent atq; prenuntiant. EX AVTOritate. Vt unius cuiuſq; ſua. nam ut Platonis Ariſto
teliſq; eſt philoſophiæ:ita Virgilii poeticæ facultatis:ita aliorũ. EX VOLVNtate. Vt
ſuperioris cuiuſpiam. AVT LIBEra Cui non tenetur. AVT EXPREſſa. Ideo tenetur
ut ſcriptis pactis promiſſis iuratis queſitis per tormenta. TVM EX toto. Vt ſi res tota
queritur definitione uis uniuerſa explicanda eſt:ſic ſi maieſtas eſt amplitudo ac digni-
tas ciuitatis:is eam minuit:qui exercitum populi romani hoſtibus tradidit. non qui eũ
qui id feciſſet in populi romani poteſtatem tradidit. PARTIbus. Partiendo hoc mo-
do aut ſenatui parendum eſt de ſalute rei pu. aut aliud conſilium inſtituẽdum: aut ſua
ſponte faciendum. Aliud conſilium ſuperbum:ſuum arrogans. utendum igitur conſi-
lio ſenatus. TVM EX nota. Hoc eſt ex uocabulo ut Carbo ſi conſul eſt qui cõſulit pa
triæ quid aliud fecit opimius. QVAE QVOdammodo affectæ ſunt. Nempe quan-
dam habentes inter ſe inuicem relationem. DIFFINItio adhibetur. Vt quia rhetorica
eſt bene dicendi ſcientia. Cognoſcenda rhetorica igitur. TVM PARtium enumera

tio.Si liber eſt:aut cenſu:aut uindicta liber eſt.aut teſtamento nō eſt ullo horum mo.
do. nō ergo liber. TVM NOtatio uerbi. Aether a ꝑpetuo curſu dictus ergo ꝑpetuo
currit: ut Ariſtoteles ait. ALIA CONIVgata.Si pietati ſumma tribuēda laus eſt.debi
tis moueri Cum.Q.Metellū tam pie lugere uideatis. ALIA EX genere. Si magiſtra.
tus in po.Romani eſſe poteſtate debent quid Norbanum accuſas:cuius tribunatus uo
luntati paruit ciuitatis. ALIA EX forma.Si omnes qui rei.p.cōſulunt cari eſſe debent
certe imprimis imperatores quorum conſiliis uirtute periculis retinemus & noſtram
ſalutem & imperii dignitatem. ALIA EX ſimilitudine . Si feræ partus ſuos diligunt
qua nos in liberos noſtros indulgētia eſſe debemus? ALIA EX differētia Non ſi plu
ribus cœna poteſt una ſufficere uox quoqꝫ docentis multis eam excipientibus non po
terit quoqꝫ ſatis eſſe. ALIA EX contrario.Si gracchus nefarie preclare opimius ſi am.
plectendæ bonæ artes fugiēdæ ſunt malæ. ALIA EX coniunctis.Si amanda uirtus:be
ne uiuendum eſt. ALIA EX antecedentibus. Si grauida eſt:cum uiro cōcubuit.ALIA
EX conſequentibus.Si ferro interfectus ille & tu inimicus:& cum gladio comprehen
ſus ī illo ipſo loco: & nemo preter te ibi uiſus eſt:& cauſa nemini imputetur:& tu ſem
per audax:quid eſt quod de facinore dubitare poſſimus? ALIA EX repugnantibus.
Vt Craſſi adoleſcentis.non ſi opimum defendiſti Carbo idcirco te bonum ciuem pu.
tabant ſimulaſſe te & aliud queſiſſe perſpicuum eſt ꝙ Titi gracchi mortem ſæpe in con
tionibus deploraſti.ꝙ Publii africani necis ſocius fuiſti.ꝙ eam legem in tribunatū tu.
liſti.ꝙ ſemper a bonis diſſenſiſti.& qui ſapiens eſt:ſtultus non eſt. ALIA ex cauſis.Aua
ritiam ſi tollere uultis: mater eius eſt tollenda luxuries.ſi doctrinam quæritis doctiſſi.
mos quos legatis autores:& quos adeatis præceptores uobis deligatis. ALIA AB effe
ctibus.In topicis ipſe ab effectibus rebus hoc modo cum mulier uiro in manum con.
uenit omnia quæ mulieris fuerint uiri fiunt dotis nomine.In locorum tractatione pau
lopoſt coniunctus huic cauſarum loco locus ille eſt qui efficitur ex cauſis:ut enim cau
ſa effectum indicat ſic quod effectum eſt:quæ fuerit cauſa demonſtrat.Hic locus ſuppe
ditare ſolet oratoribus & poetis:ſæpe etiam philoſophis:ſed his qui ornate & copioſe
loqui poſſunt mirabilem copiam dicendi cum denuntiant quid ex qua re ſit futurum
cauſarum enim cognitio cognitionem euentorum facit. In libro de oratore ex his au
tem quæ ſunt orta de cauſis ſi ærarii corpore & ad belli adiumenta:& adornamenta pa
cis utimur uectigalibus ſeruiamus. Quintilianus quæ utiqꝫ fiunt talia ſunt. ſi ſapientia
bonum uirum facit:bonus uir eſt utiqꝫ ſapiens:ideoqꝫ boni eſt honeſte facere:mali tur
piter & qui honeſta faciunt boni:qui turpiter mali iudicantur recte. Aut plerūqꝫ exerci
tatio robuſtum corpus facit: ſed non quiſquis eſt robuſtus exercitatus : nec quiſquis
exercitatus robuſtus eſt.neqꝫ quia fortitudo preſtat ne mortē timeamus:quiſquis mor
tem non timuerit uir fortis erit exiſtimandus.nec ſi capitis dolorem facit inutilis ho.
minibus ſol eſt.et hæc ad demonſtratiuum genus maxime pertinent. Virtus facit lau.
dem:ſequenda igitur. At uoluptas infamiam fugienda igitur.Recte autem monemur
cauſas non utiqꝫ ab ultimo eſſe repetendas ut Medea utinam ne in nemore pelio:& q̄
ſecuntur. ALIA EX comparatione maiorum aut parium aut minorum. Ipſe ī topicis
ex comparatione autem omnia ualent:quæ ſunt eiuſmodi: quod in re maiore ualet:
ualeat in minore ut in urbe fines non reguntur:nec aqua in urbe arceatur.Item contra
quod in minore ualeat in maiore licet idem exemplum conuertere . Item quod in re
pari ualet ualeat in hac quæ par eſt|:ut quoniam uſus auctoritas fundi biennium eſt:ſit
etiam ædium ut in lege ædes non appellātur:& ſunt cæterarum omnium:quarum an.
nuus eſt uſus ualeat æquitas:quæ paribus in cauſis paria iura deſiderat in locorum tra.
ctatione.Comparantur igitur ea omnia quæ aut maiora:aut minora: aut paria dicun.
tur in quibus ſpectantur hæc:numerus:ſpecies:uis quædam etiam ad res aliquas affe.
ctio:numero comparantur ut plura bona paucioribus bonis anteponantur: pauciora
mala:malis pluribus:Diuturniora bona breuioribus.longe & late peruagata anguſtis
ex quibus plura bona propagentur:quæqꝫ plures imitentur & faciant:& in hoc genere
quæ ſecuntur:Commonſtrato enim loco quilibet longius poterit proſpicere.In libro
de oratore maiora autem inquit & minora & paria ſic & maiore.ſi bona exiſtimatio di
uitiis preſtat:& pecunia tātopere expetitur quanto gloria magis expetenda eſt.Ex mi.

nore ſi hic paruæ conſuetudinis cauſa huius mortem fert tam familiariter quid ſi ipſe
amaſſet?Quic hic mihi faceret patri? ex pari ſi eſt eiuſdem & eripere contra rem pu-
& largiri pecunias. Quintilianus.appoſita uel comparatiua dicuntur quæ minora ex
maioribus maiora ex minoribus paria ex paribus probant.confirmatur coniectura ex
maiore ſi quis ſacrilegium facit: faciet & furtum ex minore qui facile ac palam
mentitur peierabit:expari qui ob rem iudicandam pecuniam accepit: & ob dicen-
dum falſum teſtimonium accipiet.Iuris confirmatio eſt eiuſmodi ex maiore ſi adulte-
rum occidere licet:& locis cædere.ex minore ſi furem nocturnum occidere licet quid
latronem?Ex pari quæ pœna aduerſus interfectorē patris iuſta eſt.eadem aduerſus ma
tris.Quorum omnium tractatus uerſatur in ſyllogiſmis illa magis finitionibus: aut
qualitatibus proſunt.ſi robur corporibus bonum:non eſt minus ſanitas.ſi furtum ſce-
lus:magis ſacrilegium:ſi abſtinentia uirtus:& continentia.ſi mundus prouidentia regi
tur:adminiſtranda ea res publica.ſi domus ædificari ſine ratione non poteſt quid agē
dum in nauilium cura & armorum.fit inquit etiam Quintilianus ex plurib⁹ ad unum:
& ex uno ad plura comparatio.unde eſt qui ſemel & ſæpius & ex parte ad totū ex ge-
nere ad ſpeciem ex eo quod continet ad id quod continetur.aut ex difficilioribus ad
faciliora:& ex longe poſitis ad propiora infinitaq; eſt rerum comparatio. Iucundiora
grauiora magis neceſſaria honeſtiora utiliora:ac ut ex Cicerone quæ ponit Quintilia
nus proferamus exempla ex maiore pro cecina Cicero qui exercitus armatos mouet
is aduocatione non uidebitur mouiſſe.ex faciliore ut in clodium & curionem at uide
an facile fieri potueris tu cum is factus non ſit cui tu conceſſiſti.ex difficiliore uide que
ſo Tubero ut qui de meo facto non dubitem de ligarii audeam confiteri:& ibi an ſpe-
randi ligario cauſa non fit cum mihi apud te locus ſit pro altero etiam depræcandi.ex
minore pro cecina ita neſcire eſſe armatos ſat eſt ut uim factam probes in manus eo-
rum cecidiſſe.VT DIFFINItio.Breuiter tractat locos quos expoſuimus.VT PRIMor-
dia rerum & quaſi præcurrentia.Cauſas dicit hoc eſt locum a cauſis.AVT RERum cō
tentiones.Ideſt comparationes quoniam comparando alterum cum altero contendi-
mus.AVT NATVræ rerum.Comparationes enim fiunt in naturis rerum ut dulcibus
ad auſtera.utilibus ad inhoneſta.FACVLTATES.Vt profeſſiones:& artes:& ſcientiæ
inter ſe comperantur:& facultates ideſt opes.facultates inquit Cicero ſunt aut quibus
facilius fit:aut ſine quibus aliquid confici non poteſt.OMNIBVS ne igitur.Ex iſtis lo
cis argumenta ſumentur.Sane docet in ultima topicorum parte quibus queſtionibus
qui loci magis congruant.itaq; hic ait eruenda ex omnibus his locis argumenta.at ad-
hibēdum iudiciū:ut leuia reiiciamus.nam leuia a coniugatis putat argumenta Quin-
tilianus:ſed cauſa una leuia aliquādo habet:quæ alia cauſa grauia putauerit:quare hoc
ipſe orator poterit perpendere & perinde reiicere inutilia:& utilia cauſæ accōmodare.
LOCOS TV quidem quæris.Ideſt ubi nam motus excitetur & in qua orationis par-
te auditoris animus incendatur.CVM INVENEris. Cum materiam fueris aſſecutus.
in qua ubi orandum.COLLOCARE.Suo loco digerrere. INDEFINITA autem ad-
hibenda ſunt illa.Hoc dicit in queſtione infinita fidem faciemus eo modo:quo locos
digeſſimus.at in ipſa definita locos alios adhibebimus de quibus dicetur ſuo loco ad
motus animorum faciendos.HABEO COMMVnia præcepta fidem faciendi.Et cō-
mouendi.nam eodem tempore inquit & fidem faciam & commouebo ex locis defini
tæ quæſtionis ideſt q̄ſtionis:quæ in cauſam & cōplexū uenit perſonarꝫ. QVONIAM
fides eſt firma opinio.Ideo ſi mouet aīm obnixe opinat̄. TOT SVNT enim genera:In
tot genera diuidit̄ affectus ut ipſe in tertio q̄ſtionū tuſculanarū itaq; uoluptatē nūc pro
ſpe & moleſtiam pro dolore poſuiſſe uidetur hic Cicero ut Virgilius in ſexto exponit.
PARTES PLVRES generum.Ideſt multæ ſunt ſpecies in quæ hæc genera diuidun-
tur ut ipſe in tertio quæſtionum tuſculanarum docet.COMMVNEM Collocationē.
Tam fidem faciendi q̄ mouendi. INCONSVLTATIONE.Ideſt definita quæſtione.
VEL PROPOSItione.Ideſt infinita queſtione.IN CAVSA.Hoc eſt definita queſtio
ne.nam ita eam Cicero ipſe uocat in topicis. IN QVA eſt propoſitum. Ideſt queſtio
infinita ut ipſe alibi uocat.In cauſa autem ideo propoſitum eſſe dicitur quoniam cau-
ſa ideſt finita queſtio probatur ſemper per propoſitum ideſt per infinitam queſtionē:

neq; enim obtinere unquam potuero licuiſſe clodium utpote inſidiatorem occidete:
niſi conſtet licere omnibus inſidiatores ſuos occidere. AVDITORVM Cauſa genere
diſtingui. Ideſt quot ſunt auditorum genera:tot ſunt etiam cauſa℞ genera. AVSCVL
tator modo. Ideſt ſolum auſcultat non etiam deliberat:aut iudicat. AVT DISCEPTA
tor. Hoc eſt diſcuſſor propoſitæ ſententiæ. VT AVT Delectetur. Quod eſt demonſtra.
tiui generis. DE PRAETEritis. Vt iudex:& inde iudiciale genus. AVT DE futuris. Vt
ſenatus:& inde deliberatiuum cauſæ genus. IVDICII. Ideſt iudicialis. DELIBERA.
tionis. Hoc eſt deliberatiui generis. ET EXORNAtionis. Hoc eſt demõſtratiui. quod
rebus exornandis accõmodatur. PROPRIVM Habet nomen. Quia a multis laudati.
uum & panagyricum nominatur. DELECTATIOnem. Quod in demonſtratiuo:ſiue
laudatiuo:uel ut nunc libuit Ciceroni appellare exornatione nihil fere aliud ſibi pro.
ponit:q̄ ut delectet. IN IVDICIO:Ideſt genere iudiciali ſcæuitiam ſi accuſat: quam ex
torquere uult a iudice. AVT CLAEMENtiam. Si defendit. IN SVASIONE. Ideſt de
liberatiuo genere in quo ſuademus:uel diſſuademus quid:quod fieri oporteat. AVT
SPEM aut reformidationem. Cum ſpem habemus ita deliberatum iri. AVT REFOR
midationem. Cum metuimus ne ſenatus contra noſtrā deliberet ſententiam. VT RA
TIONEM collocandi. Propria cuilibet generi accommodandi. NAM AVT tempo.
rum ſeruantur gradus. Namq; inquit Quintilianus alias ætatis gradus geſtarumq; re.
rum ordinem ſequi ſpecioſius fuit:ut imprimis annis laudaretur indoles:tum diſcipli
næ poſt hoc operum:ideſt factorum dictorumq; contextus. AVT GENErum diſtribu
tiones. In ſpecies ibidem inquit Quintilianus uirtutum diuidere laudem fortitudinis,
iuſticiæ:continentiæ:cæterarumq;:ac ſingulis aſſignare quæ ſecundum quanq; earum
geſta erant. AVT A MINOribus ad maiora aſcendimus. A bonis externis uel corpo.
ris ad animi bona:aut quæ puſilla & īde ad maiora. AVT HAEC in æquali uarietate.
De omnib⁹ pariter ac tempore uno bonis tractabimus. SIMPLICIA. Quæ ſolus quis
aut primus feciſſe dicitur. CONIVNCTIS. Vt ſi cum paucis uel etiam pluribus & eiſ.
dem illuſtribus fecit quis. OBSCVRA. Minus cognita. DILVCIDIS. Quæ palā ſunt
omnibus. LAETA TRIſtibus. Vbi cordis magnitudinem in aduerſis oſtenderit. IN
CREDIbilia. Quæ credi ſua magnitudine non poſſe uideātur. PRINCIPIA. Hoc di
cit in deliberatiuo genere aut breuia:aut nulla eſſe exordia expedit PRAETERITA.
rum rerum. Vt in iudiciis. AVT PRæſentium. Vt in demonſtratiuo genere. AD MO
tum. Vt cōcitatum habeat auditorem. RERVM ORdinem proſequitur. Ideſt ut reus
accuſari pro cōmiſſis dignus uideatur facinoribus. QVASI HAſta in manu colloca.
ta. Quod ita argumenta contorqueat:eiſq; compungat reum:ut in militia hoſtem ſu
um miles haſta petit. VAEHEMENTER proponit in exordiis. Vehemēs eſt & erectus
ut in uerrē Cicero. CONCLVDIT acriter. Inſtādo adurgēdoq;. CONFIRmat tabu
lis. Hæc ſupra expoſita ſunt ubi de locis dixim⁹ artis expertib⁹. ACCVRAtiuis. Vt mo
tus aīo℞ maiores faciat. IN PEROratiōis p̄ceptis. De qb⁹ ſuo loco dicet̃ ubi de ptib⁹
orōnis p̄cepta tradent̃. PAVLVLVM digrediēs decurſu. Quod facit aliqñ in uerrem
Cicero ut in ſegeſtana diana. VT IRATVM iudicē efficiat. In reum iudicis aīum exul
ceret. AVT RELINQuendæ. Ideſt nullæ narratiōis partes referēdæ ne moleſta q̄ nar.
rata ſunt iudicis mentem adhuc in odium reficiant. FIRMAMENTA. Quibus ſubla
tis defenſio nulla ſit ut inquit Quintilianus in tertio libro. Hoc eſt firmiſſima argumē
ta:quibus magnopere nititur aduerſarius. AVT PER SE diluenda. Sine aliis argumē
tis infirmanda. AVT OBSCVRANda. Ideſt non plana non aperta eſſe oſtendenda.
AVT DIGRESSIOnibus. Hoc eſt a propoſito reuocanda. AVDITORES MOdera.
tur aures oratori. Hoc eſt audiendo quid dicendum & quid fugiendū ſit oratori oſtē.
dunt:quod ex ipſorum uultu motuq; facile deprǽhendi poteſt. VNVM GENVS eſt
eloquendi. Poſtea q̄ de inuentione ſimulq; de diſpoſitione locutus eſt ſequitur ut de
elocutione:unde & eloquentia nomen habet dicat. Eius itaq; duo eſſe ait genera unū
ſua ſponte fuſum hoc eſt naturale:ut omues loquuntur. ALTERVM uerſum atq; mu
tatum. hoc eſt tropis ſchematiſq; diſtinctum. SIMPLICIA Inuenienda ſunt. Hoc di.
cit naturalis oratio:aut in ſimplicibus:aut coniunctis conſideratur uerbis. ſimplicia in
uenieda hoc eſt eligenda:ut Quintilianus libro octauo inquit. ſunt alia aliis honeſtio.
ra:ſublimiora:

ra:ſublimiora:nitidiora:iocundiora:uocaliora ut ſyllabæ e litteris melius ſonantibus
ſunt clariores:ita uerba ſyllabis magis uocalia & quo plus quoque ſpiritus habent au-
ditu pulchrius: & quod facit ſyllabarum idem uerborum quoq; inter ſe copulatio: ut
aliud alii iunctum melius ſonet. diuerſus tamen eſt uſus nam rebus atrocibus uerba
etiam ipſo uultu aſpera magis conuenient. NATIVA Sunt. Quæ ſignificata ſunt ſen-
ſu. ideſt proprietate intellectus. proprietas inquit Quintilianus non ad nomen: ſed ad
uim ſignificandi refertur: nec auditu: ſed intellectu perpendenda eſt. Secundo modo
dicitur proprium inter plura quæ ſunt eiuſdem nominis & unde cætera dicta ſunt: ut
uertex eſt contorta in ſe aqua: uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Inde propter flexũ
capillorum pars ſumma capitis ex hoc inquam in montibus eminentiſſimum recte di
xeris hæc omnia uertices. & tertius eſt huic diuerſus modus cum res communis pluri
bus in uno aliquo habet nomen eximium. ut carmen funebre proprie nenia & taber-
naculum ducis auguſtale. Item quod cõmune eſt & aliis nomẽ intellectu alicui rei pe-
culiariter attribuitur: ut urbem Romam accipimus & uenales nouicios: & corinthia
æra cum ſint urbes aliæ quoq;: & uænalia multa: & tam aurum & argẽtum: q̃ æs corin-
thium ſed ne his quidem uirtus oratoris inſpicitur. At illud iam non mediocriter ꝓ-
bãdum qui hoc etiam modo laudari ſolet: ut proprie dictum ideſt quo nihil poſſit in-
ueniri ſignificantius ut Cato dixit. C. Cæſarem ad euertendam. R. publicam ſobrium
acceſſiſſe. ut Virgilius deductum carmen. & Horatius acrem tibiam: Annibalemq; du-
rum in quo modo illud quoq; eſt a quibuſdam traditum proprium genus ex appoſi-
tis quæ epitheta dicuntur: ut dulce muſtum: & cum dentibus albis. de quo genere po-
ſtea dicemus. etiam quæ bene tranſlata ſunt propria dici poſſunt: quæ ſunt in quoq; p̃
cipua proprii locum accipiunt ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes cunctator
eſt appellatus. REPERTA. Quæ ex his facta ſunt. ideſt reperta dicuntur: quæ ex nati-
uis. hoc eſt naturalibus: quibus omnes utuntur a nobis deducta repertaq; ſunt: ut Cice
ro ab eo quod eſt beatus beata beatum finxit reperitq; beatitas & beatitudo: quæ dura
inquit Quintilianus quidem ſentit eẽ. Verumtamen uſu putat poſſe molliri ac ut a Ci
cerone etiam ſyllabatum ita ab Aſinio fimbriatum: & figulatum. NOVATA. Vt quæ
memorauimus. AVT SIMILItudine. Sicut bonitas dicitur: ita beatitas beatitudo ita
dicit̃: ut magnitudo. AVT IMMITATIOne. Vt enĩ græci dicunt μεσοτυτασ. Ita Ci
cero de uniuerſitate medietates. ac ſicut a græcis ὤν & οὐσια dicit̃. ita a ſergio flauio
ut Quintilianus ens & eſſentia. & quæ a græcis ἀνάργυ dicitur a Cicerone in hortẽſio
tum perſpicuitas: tum euidentia. AVT INFLEXIOne. Quemadmodum piraticam
ut tradit Quintilianus ſicut muſicam a piratis deriuarunt multi uſq; eo ſunt uerbo nec
ideo ait hic Cicero inflexione quin ſuperiora quoq; inflectantur: nam ait primo reper
ta quæ ex his facta ſunt: ſed propter id quod ſequitur. AVT ADIVNCTIONE uer-
borum. Hoc eſt cum per compoſitionem nouantur: ut Lucretius terriloquis dictis
inquit & barbigerum pecus & Cicero ſoliuagas feras. nam cum ſint eorum ſimplicia
natiua compoſita certe reperta ſunt: quod genus uehementer Horatius in arte poetica
probat cum inquit. Dixeris egregie notum ſi callida uerbum. Reddiderit iunctura no
uum. ALTERA Natura. diſtinguit Cicero adhuc uerba ut alia natura dicat. alia tracta
tu ipſo conſiderari. Natura ut ſonantiora ſint alia quẽadmodũ ductor: q̃ dux. GRAN-
diora. Vt uaſtum pelagus: q̃ magnum. LEVIORA. Ideſt magis lubrica & quodãmo-
do nitidiora: ut meliuſcule leuiuſcule: & tales moliuſculæ pronunciatæ dictiones.
ALIA CONTRA. Vt horrida terra tremit & ſimilia. TRACTATIONE. Cum aut
propria ſumunt̃ uocabula eo mõ quo tradẽte Quintiliano diximus fieri ut cũ dicim⁹
ſterilẽ platanũ: tõſaſq; myrtos: maritã ulmũ: & huberes oleas. AVT ADdita ad nomẽ.
Ideſt epitheta ut ĩpiũ parricidã: euerſorẽ carthaginis & numãtiæ Scipionẽ ĩtelligim⁹:
principem eloquentiæ ciceronem. AVT NOVA: ut cicero fauorem: & urbanum tra
dente Quintiliano noua putat: ut putat Terentius primo dixiſſe obſequium. AVT pri
ſca. qualia Ciceronis ſentẽtia in libro de oratore ſunt reor: autumo & ut Quintilianus
inquit nuncupare: fari & huiuſmodi multa quæ certe grandem & ſanctiorem & magis
admirabilem noſtram reddunt orationẽ. AVT AB oratore modificata & inflexa quo
dammodo. Qualia ſunt ea quæ transferũtur: uerba inquit in alium modum trahuntur

aliūq; inflectuntur ſignificatum q̄ ſit eorum naturalis ſignificatio per trāſlationem.trāſ
fertur ergo nomen aut uerbum ut Q uintilianus inquit ex eo loco in quo primū erat
in eum in quo aut proprium deeſt:aut tranſlatū proprio melius eſt.id facimns aut quia
neceſſe eſt:aut quia ſignificantius eſt:aut ut dixi quia decentius eſt ubi nihil horum pre
ſtabitur quod tranſferetur improprium erit:neceſſitate ruſtici gēmā in uitibus īde gem
mare etiā uites inquit Cicero:ſitire ſegetes & frutices laborare:nos neceſſitate durū ho
minem aut aſperum:non enim proprium erat quod daremus his affectibus nomen.nā
incenſum ira & inflamatum cupiditate & lapſum errore ſignificandi gratia nihil enim
horum ſuis uerbis q̄ his arceſſitis magis proprium erit. Illa ad ornatum Lumen orati
onis:& generis claritatē & concionum procellas:& eloquentiæ flumina ut Cicero pro
milone clodium fontem gloriæ eius uocat & alio in loco ſegetem ac materiem quædā
etiam parum ſpecioſa dictu per hanc explicantur hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior
uſus ſit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes. AVT IMMVtantur:quæ figura meto
nymia dicitur:quā ut Cicero in oratore inquit hypallagen eē rhetores dicunt:hæc inuē
ta ab inuentore & ſubiecta ab obiiciētibus ſignificat ut cererem corruptam undis. Et re
ceptus terra Neptūnus.refert autem inquit Q uintilianus in quātum dictus tropus ora
torem ſequatur nam ut Vulcanum pro igne uulgo audimus &uario Marte pugnatum
eruditus eſt ſermo: & Venerem q̄ coitum dixiſſe magis decet:ita liberum & Cererem ꝓ
uino & pane licentius q̄ ut fori ueritas ferat. AVT EA quibus tanq̄ abutimur.hæc figu
ra a græcis catachreſis nominatur quam ut inquit Q uintilianus recte dicimus abuſio
nem:quæ non habentibus nomen ſuum accōmodat quia in proximo eſt: ut parricida
matris quoq; aut fratris interfector & ſi dicas ut ſis bonus hoc ego non metuo & cum i
quit Iuuenalis quartanam dudum ſperantibus ægris pro timentibus. AVT EA quæ
obſcuramus:hanc græci allegoriam uocant:quam nos ut Quintilianus inquit inuerſio
nem interpretamur ut aliud uerbis:aliud ſenſu oſtendat aut interim contrarium.Prius
ut o nauis referent in mare te noui fluctus o quid agis fortiter occupa portum: totuſq;
ille Horatii locus quo nauem ꝓ populo : fluctuum tēpeſtatem pro bellis ciuilibus.por
tum pro pace atq; concordia dicit:tale Lucretius auia pieridum petagro loca & Virg.
Sed nos immenſum ſpacio cōfecimus æquor.Et iam tempus æquum ſpumantia ſolue
re colla.Sine trāſlatiōe uero ī bucolicis Certe equidem audieram qua ſe ſubducere col
les Incipiūt molliq; iugum dimittere cliuo. Vſq; ad aquam & ueteris cōfracta cacumi
na phagi.Omnia carminibus noſtrum ſeruaſſe menalcam:hoc enim loco preter nomē
cætera propriis expreſſa ſunt uerbis:uerum non paſtor menalcas:ſed Virgilius eſt intel
ligendus. Apud Ciceronem equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat
fluctibus concionum ſemper miloni putaui eē ſubeundas niſi adieciſſet inquit Quinti
lianus dūtaxat fluctibus concionum allegoria eēt eam nunc miſcuit:eſt ergo mixta cū
tranſlatione allegoria.Illud uero longe ſpecioſiſſimum genus orationis in quo trium
eſt permiſta gratia:ſimilitudinis:allegoriæ & tranſlatiōis ut ꝓ Murena cicero quod fre
tū:quē euripum:tot motus tantas tam uarias habere creditis cōmutationes agitationes
fluctus quantas perturbationes & quantos æſtus habet ratio cōmitiorum dies intermiſ
ſus unus aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia & totam opinionem non nunquā
cōmittat aura rumoris.Hæc allegoria īquit Q uintilianus quæ eſt obſcurior ænygma
dicitur uitium meo quidem iuditio ſiquidem dicere dilucide uirtus quo tamen & poe
tæ utuntur Dic quibus in terris & eris mihi magnus apollo tris pateat cœli ſpatium nō
amplius ulnas.ænygmata itaq; ſunt quæ niſi quis interpretetur non intelligas iō dum
ait Cicero aut quæ obſcuramus non ueriſimile eſt ut ænygma intelligat. Sed allegoriā
quæ paulo obſcurius effert quod ſibi uult ut tamen poſſit intelligi. Q VAE INcredibi
liter tollimus.hanc græci figuram hyperbolem uocant ut Geminiq; minantur in cœlū
ſcopuli.& Fulminis ocior alis.& Illa uel ītactæ ſegetis per ſumma uolaret gramia:Nec
teneras curſu leſiſſet ariſtas.Cicero in Antoniū quæ charibdis tā uorax: charibdi dico:
quæ ſi fuit animal unū oceanus medius fidius uix uideret tot res tā diſſipatas diſtanti
bus in locis poſitas tā cito abſorbere potuiſſe.& rurſus in uerrē Pindarū ſecutus uerſa
batur in ſicilia longo interuallo non Dionyſius ille nec Phalaris. tul it enim illa quon
dam inſula multos & crudeles tyrānos ſed quoddā nouū monſtrū ex uetere illa ima
nitate:quæ

nitate:quæ in hiſdem uerſata locis dicitur:nõ enim carybdim tam infeſtam: neq; ſyllã
nauibus:q̃ iſtũ in eodẽ freto fuiſſe arbitror. QVæq; admirabilius q̃ ſermonis cõſuetu
do patiť ornamus. Hanc figurã piphraſim uocãt græci circuitũ loquẽdi ornatũ: inquit
Quintilianus petit ſolũ q eſt apud poetas frequẽtiſſimꝰ tẽpus erat quo prima qes mor⸗
talibus ægris incipit:& dono diuũ gratiſſima ſerpit. Et apud oratores nr̃os:ſemp tamẽ
aſtrictior qcqd enĩ ſignificari breuius põt & cũ ornatu latius oſtenditur periphraſis eſt.
NVMEri qdam ſunt in cõiunctione ſeruãdi. Expoſitis ſimpliciũ uerboꝝ præceptis
nunc tradit cõiunctoꝝ:& primo qdẽ numeros in or̃one cuſtodiendos dicit:q quales
nam ſint breuiter & utiliſſime ex oĩbus colligemus autoribus q de numeris locuti ſũt
Numerus omnis oratorius:quẽ græci rhythmon uocãt:tũ in principio clauſulæ tum
in fine conſiderať. In principio qdem clauſulæ nõ duo. aut tres mõ qualeſcunq; qui flu
ant bene iunguntť pedes ſed ẽt incipiť a carminis principio: & aliqñ ab integro uerſu:
ut Plato timæũ orſus a uerſu heroico εισ δυο τρεισ ο δε δη τεταρτοσ ημιν ab inte⸗
gro aũt ſenario iambico dicẽdi accuratiſſimus præter alios oẽs oratores Iſocrates pa⸗
nathenaicũ icepit cũ iqt νεωτεροσ μεν ων προηρουμην γραφειν Tituſq; liuius ut qn
tilianus putat a uerſu heroico hiſtoriã ſuã inchoauit ut melius q̃:ut nũc legať facturus
ne operæpreciu; ſim. ita Diomedes annotat Saluſtiũ in principio Iugurtæ & Ciceronẽ
ſæpiſſime principia orationũ a metris integris icepiſſe: q̃re ut in principio clauſulæ bñ
a carmine incipiť:ita male deſinit in carmẽ clauſula ſiue integrũ ſiue uerſus ultima par
te. Luſoriũ ſiqdẽ habet qddam et pinde cõtemnendũ: cuiuſmodi ergo pedibus clauſu
la recte termineť iam uideamus. Cũ igiť aures extremũ ſemp expectẽt in eoq; conquie
ſcant id uacare numero nõ oportet. At & Ariſtoteli & Ciceroni & Quintiliano placet
ſententiæ quoq; initiũ cuiuſmodi diximꝰ numeroſum eẽ:qđ ſtatim a principio ſenten
tiæ dictionis cõcinitate multũ afficiamur:& ipa cõcluſione ne claudicãs ac quaſi fluctu
ans ſed æqualiter habeat oratio:illud igiť primo nos nõ fugiat non tm̃ referre qui pe⸗
des:ſed ẽt quæ uerba cõmiſſura quadã claudant or̃onem. Primo igitur pedes numerus
oratorius nullos ut ẽt Quintilianus exiſtimat reſpuit:quare non pedes ſed pedũ iun⸗
cturæ damnãdæ ſunt. aut eligẽdæ. Cõmonebimus ergo iuncturas aliquas ut ex eis au⸗
rem ſuã cõſulens & iudiciũ adhibens cæteras poſſit cuſtodire:ut ergo de uerbis loqua
mur ſi in extrema clauſulæ parte breuiora locaueris infringiť illa quaſi mẽbroꝝ com⸗
prehẽſio:quare aut paria ſyllabis eẽ oportet poſteriora ſupioribus: aut ut Cicero putat
melius iucundiuſq; lõgiora claudẽt. Verum tamen non refert ſi monoſyllabum ſit: in
fine enim antecedenti iungi uidetur:ut auxiliũ eſt:ſpondeus ergo ut a duarum ſyllaba
rum pedibus ordiamur:quo Demoſthenes plurimum uſus eſt morã affert:ac illud ge⸗
neraliter tenendum eſt. quod qui pedes ſunt temporibus pleniores lõgiſq; ſyllabis cõ
ſtant hoc ſtabiliores ſunt & grauiores:grauiorẽq; reddũt orationem: breues autem ce⸗
lerem ac mobilem. ſpondeus præcedente ſe pyrrhichio bene ſonat ut timuerũt:uel tro
chæo ut arma ſumpſi:& acta res eſt:uel iambo ut manus armant. ipſe aũt ſibi male ſpõ⸗
deus præponi creditur. ut oratores preterq̃ in cæſis ac mẽbris ut craſſi illud nos oppu
gnant. neqdem dactilus bene præponiť quod finis uerſus uideatur heroici ſunt tñ quĩ
admitãt:ſi Anapeſtus antecedat in una parte orationis lubrica ſtructura eſt: ut dñabať
ubi diuerſæ fuerint partes orationis retẽtus ſpiritus firmitatẽ facit:ut uideãt ipſi. Idẽ de
tribracho dicimus ut gerere morẽ & facilitates. Spondeus recte iambo præponitur ut
doctus fui ſeipm̃ præcurrit iambus bene ut bona fide. & cretico antecedẽte:ut proſpera
fide. Trocheus bñ ſe præcedit:quo frequẽter utiť numero Tullius ut eſſe ei penas pſolu
tas:& gracchi illud temeritas filii cõprobauit. Trochæus aũt ſpondeus & iambus ut Ci
cero putat male concludunt rerum tamen tumor ex ſpondeis atque iambis maxime
cõtinetur ut ſceptrum mihi liquit Pelops. Pyrrhichius currit:ut quid igitur faciam. Da
ctylus Ariſtoteli amplior ſicut humanior uidetur iambus clauſulam is ſortem reddit
antecedente trochæo:ut iure fecimus pyrrhichio antecedẽte:ut bene dicitur ſpondeo.
Cauſas audias iuſte fecimus Iambo fide dicitur dies attulit. Tribrachus dactylum bene
præcedit recole nomina. Anapeſtus repetes cætera & moloſus quærebat dicere. Facit
etiam tribrachus ad clauſulam præcedente cretico. ut ſi dicas de cæteris agite:deprælíis
reddeo: de litteris dubito. Amphibrachus quoque recte ponitur in clauſula ſpondeo

ſere antecedente ludos habete recte locutus trocheo iuxta querela. Anapeſtus etiam cō
uenit:ſed in rhythmi modum profluit ut inocentiæ leue præſidium eſt:mollior fiet p̄,
cedente ſpondeo ut ſi mutes leue innocentis præſidium eſt:profluit etiam ſi trocheum
anteponas ut nomen erat imperii.Creticus antecedēs eum paulo fortiorem reddit:ut
nobiles homines ante ſpondeum exultat : ut de quo nihil dicam niſi depellendi cri,
minis cauſa & quouſq; tandem abutere catillina patientia noſtra . Duo autem:aut tres
ut uult Cicero ſunt ferme extremi ſeruandi pedes ſi modo ſuperiora breuiora nō ſint
aut creticus:aut herous:aut pæon:creticum bene antecedent:uel anapæſtus:ut populo
conſerunt:uel pæon ultimus.ut placat facilitas nobiles : uel epitritus tertius ſeruare q̄
plurimos:uel trochæus turpe ducerem.Hæc de duarum & trium ſyllabarum pedibus.
Nunc alios uideamus pæonem primum & quartū probat Ariſtoteles.cui a priore or,
diendum placet:ut hæc uerba ſunt definite:incipite:comprimite: poſteriore autem fi,
nire.ut in hæc uerba agilitas facilitas domuerant.Pæona tertium aiunt omnes bñ cō,
cludere:cui Cicero tribrachum anteponit ut facere uideamur:aliquando Iambum : ut
in catillinam cum omnibus potius q̄ ſoli pati uoluerunt:ſæpiſſime autem trochæum:
ut quantum laboris ſit habitura:& diu multumq; mecum Brute dubitaui. & frequen,
tiſſime.eſſe uideatur.Dichoreo quoq; frequenter utitur.ut dicere maluerunt. & crimi,
na detulerunt.& exercitum compararunt : & contra amentiam perditorum. Antiſpa
ſtum bene dactylus antecedit ut uir optimus uideretur:& trochæus ut interfectam eē
fateretur:Ionicum maiorem bene præcurrit tribrachus:ut te ad crudelitatem acuet ora
tio nonnunquam trocheus ueſtit oratio his Cicero utitur.Ex quinque autem ſyllabis
pedes fluxiorem ſtructuram faciunt:ut arbitramini.Interrogauerunt . deſiderauerunt
omnium quinque ſyllabarum Cicero dochymum probat maxime : cuius ponit ex,
emplum amicos tenes : & ubique aptum eſſe dicit modò ſemel ponatur : quoniam
iteratus apertum faciat numerum. Hæc ſunt quæ breuiſſime dicenda de numeris puta
uimus.Nunc reliquam proſequamur interpretationem . NVMEROS Aures ipſæ
metiuntur ne aut non compleas uerbis quod propoſueris aut redundes . Hoc eſt ne
clauſula quæ numeris clauditur ſit longior quā uno ſpiritu pronuncietur : aut breui,
or ut aures fruſtretur audientium. CONSECVTIO Autem.Ne generibus : nume,
ris.perſonis : caſibus:perturbetur oratio. Hoc eſt ne ſoleciſmum grammatices uitium
facias. VT IN SIMplicibus.Q uod non eſt latinum:ſed barbarum reprehenditur.
ita in coniunctis inquit ſolæciſmus. Vitanda ergo hæc duo in oratione uitia monet
barbariſmum.& ſoleciſmum. DILVCIDVM Apellat dilucidum: quod etiam aper
tum in Rhetoricis nominat : ubi narrationis præcepta tradit . Quintilianus aperta in,
quit & dilucida erit oratio ſi fuerit primum expoſita propriis uerbis & id ſignificanti,
bus & non ſordidis quidem . non tamen exquiſitis. & abuſu remotis . tum diſtin,
cta rebus : perſonis : temporibus : locis : cauſis ipſa etiam pronunciatione in hoc ac,
commodata.ut iudex . quæ dicuntur quā facillime accipiat . Hæc de narratione lo
cutus . At de elocutione nobis inquit prima ſit uirtus perſpicuitatis : propria uerba : re
ctus ordo : non in longum dilata concluſio.Nihil neque deſit : neque ſuperfluat . ita
ſermo & doctis probabilis.& planus imperitis erit . Hæc eſt eloquendi obſeruatio.
Nam rerum perſpicuitas quomodo præſtanda ſit diximus in præceptis narrationis
ſimilis autem ratio eſt in omnibus . Nam ſi neque pauciora quā oportet : neque
plura:neque in ordinata:aut indiſtincta dixemus erunt dilucida:& negligenter quo,
que audientibus aperta . Recte ergo monet Cicero ut ſi dilucidam elocutionem ue,
linius : uſitatis utamur uerbis : ideſt non a loquendi conſuetudine remotis: PRO
priis . Quod Quintilianus inquit id ſignificantibus hoc eſt bene explicantibus. DI,
SPOſitis:Suo in loco collocatis. AVT Circūſcriptione concluſa.Ideſt clauſa aſtri,
cta non uaga. AVT INTERmiſſione.Cum parentheſim facimus. AVT CONCI
ſione uerborum . Cum uerba ſubticemus non neceſſaria : ut Plinanum illud an ue,
naris : an piſcaris : an aucuparis : an ſimul omnia . & infinita huiuſmodi.

OBSCVRVM.Tangit uitium dilucido contrarim uirtuti nam cotrupta ut inquit
Quintilianus oratio in uerbis maxime impropriis redundantibus comprehenſione
obſcura.

obſcura.Compoſitione fracta uocũ ſimiliũ aut ambiguarum puerili captatione conſi
ſtit.AVT LONgitudine.Igitur inquit longius euagatur oratio. AVT Contractione.
Cum oratio conciſa eſt & uerba neceſſaria ſubticuit. AVT Ambiguitate.Cum ſenſus
multiplex eſſe uerborum poteſt.AVT inflexione.Cum uerborum deriuatio non per
cipitur:uelut apud Ciceronẽ in Bruto cũ ſiſenna dixiſſet ſputatilica a grannio irriſus ẽ
quod pro eo uerbo uilia intelligeret.AVT IMMutatione uerborũ.Cum alia pro aliis
ponuntur uerba:ut qui ſolem aurũ & lunam argentum uocant.BREVItas autẽ.Quin
tilianus ac merito laudatur breuitas inquit integra:ſed ea minus præſtat quotiens ni-
hil dicit niſi quod neceſſe eſt βραχΰλογιαν uocant quæ redetur inter ſchemata. ẽ ue
ro pulcherrima cũ plura paucis cõplectimur quale Saluſtii eſt Mythridates corpore in
genti proinde armatus.Inter ſchemata aũt utimur hac figura inquit non ſingulis mo
do uerbis:ſed etiam ſententiis:ut Cicero dicit contra contionẽ Metelli.qui iudicaban
tur eos uocari cuſtodiri ad ſenatum adduci iuſſi in ſenatum ſunt poſiti:& totus hic lo-
cus talis.Hoc genus βρασΰλὄγιαν uocant.hoc ergo dicit Cicero.BREVItas Cõfici-
tur ſimplicibus uerbis non aceruatis.PROBAbile autem genus.Probabile autem in-
quit Cicero id genus dicit:quod non plus minuſue eſt:q̃ dicit non quia comi expoli-
riq; non debeat.nam & hæc ornatus pars eſt:ſed quia uitium eſt ubiq; quod nimium
eſt.SI NON nimis comptũ.Atq; expolitũ.quoniã hæc ueritatis fidẽ tollunt. SI EST
autoritas.In uerbis:ne laſciuire compoſitione uideamur.ILLVStris eſt autem oratio.
Quintilianus quoq; cũ de probabili loquitur oratione ſubiungit itaq; in nobis eſſe au
toritatẽ.in uerbis ſententias uel graues:uel aptas opinionibus hominum ac moribus.
his enim ſaluis licet aſſumere ea quibus illuſtrem fieri orationem putamus delectant
tranſlata ſuperlata ad nomen adiuncta duplicia & idem ſignificantia atq; ab imitatio-
ne rerum non abhorrentia:ubi licet nobis intueri aduerbum Ciceronis uerba ex hoc
loco ſuſtuliſſe nec tamen eum nominaſſe.& aliquãto poſt itaq; εναργαιαν inquit cu-
ius in præceptis narrationis feci mentionem quia plus eſt euidentia: uelut alii dicunt
repræſentatio:q̃ perſpicuitas magna uirtus eſt res de quibus loquimur clare atq; ut cer
ni uideantur enunciare:neq; enim ſatis efficit neq; ut debet plane dominatur oratio ſi
uſq; ad aures uolet:atq; ea ſibi iudex de quibus cognoſcit narrari credit non exprimi
& oculis mentis oſtendi.Eſt igitur unum genus quo tota rerum imago quodammo-
do in uerbis depingitur conſtitit indigitos extemplo arrectus uterq; & cætera quæ no
bis illam pugilum congredientium aciem ita oſtendunt ut non clarior futura fuerit
ſpectantibus.Cicero quoq; in Verrem.Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum Pal
lio purpureo : tunicaq; talari muliercula nixus in littore non ſolum qui legit hæc ip-
ſum os intueri uideatur & habitum:ſed quædam etiam ex his quæ dicta non ſunt ſibi
ipſe aſtruat ego certe mihi cernere uideor & uultum : & oculos : & deformes utriuſq;
blandicias:& eorum qui aderant tacitam auerſationem:ac timidam uerecundiam.In-
terim ex pluribus efficitur illa:quam conamur exprime re facies:ut eſt apud eundem.
namq; omnium ornatum uirtutum exemplum uel unum ſufficiat in deſcriptione con
uiuii luxurioſi. uidebar uidere alios intrantes alios uero exeuntes : quoſdam ex uino
uacillantes:quoſdam heſterna ex potatione oſcitãtes.humus erat in munda . lutulen-
ta uino:coronis languidulis & ſpinis cooperta piſcium.quid plus uideret qui intereſ-
ſet?hæc eſt ergo illuſtris oratio de qua Cicero loquitur cum inquit illuſtris eſt autem
oratio ſi & uerba grauitate delecta ponuntur non ridicularia ſed quæ pondus ſuũ ha-
beant. ET TRanſlata & ſuperlata.Hoc hyperbolem de qua dictum figura.ET AD no
men adiuncta.Quæ dicuntur epitheta : de qua ſane figura ita Quintilianus epitheton
quod recte dicimus appoſitnm.a non nullis ſequens dicitur : eo poetæ & frequentius
& liberius utuutur.itaq; & dentes albi & humida uina in his non repræhendem⁹apud
oratorem niſi aliquid efficitur redundat.id autem erit huiuſmodi ut ſi dicas o facinus
indignum.o durum pectus quod ob rem ridiculam amiciſſimum perditum ire poſſit
ſolet fieri aliis adiunctis epitheton tropis:ut apud Virgilium turpis egeſtas.triſtis ſene
ctus:uerumtamen talis eſt ratio huiuſce uirtutis ut ſine appoſitis nuda ſit & uelut in-
cõpta oratio. ET DVplicata.Et idem ſignificantia ut Ciceronis illud in Catillinam.

Tandem aliquando quirites Catillinam furentem audacia ſcelus anhelantem:peſtem
patriæ nefariæ mollientem nobis:atq; huic urbi ferrum flammamque minitantem ex
urbe uel eiecimus:uel emiſſimus:uel ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. abiit:
exceſſit:euaſit erupit.HIS enim maxime ſenſus attingitur.Hoc eſt animus compungi-
tur.ET Cæteris. Quæ dicta:& quæ ſtatim dicentur de ſuaui oratione. ALTEro fit ut
intelligamus.Dilucidum dicit. SVAVE autem erit genus. Vt uno Ciceronis modo
contenti ſimus exemplo ſi patres conſcripti ueſtris immortalibus in me fratremq; me-
um liberoſq; noſtros meritis parum uobis cumulate gratias egero quæſo obteſtorque
ne meæ naturæ potiuſq̄ magnitudini ueſtrorum beneficiorum id tribuendum putetis
quæ tanta enim poteſt exiſtere ubertas ingenii? quæ tanta dicendi copia? Quod tam
diuinum atq; incredibile genus orationis.quo quiſquam poſſit ueſtra in nos uniuer
ſa promerita non dicam complecti ornando:ſed percenſere enumerando:& totus ille
locus. DEINDE coniunctione.Ideſt uerborum ſtructura. QVAE neq; habet aſpe-
ros curſus.Vt ſextus Roſcius melius dicas ſextus quoq; roſcius & non ſed rex Xerxes
at pro eo rex autem Xerxes & ſimilia.NEQVE diſiunctos atq; hiantes.Cum extrema
uocalis uocalem primam uerbi ſequentis includit:ut ſi dicas ære emit:illi incumbit fo
re omnia:& ſimilia.hiat enim iunctura quæ ſtructior plenior q; fieret ſi conſonantes uo
calibus applicarentur hoc modo ære mercatur.illi totus incumbit.fore cætera. ET SI
circunſcripta Non longo anfractu : ſed ad ſpiritum uocis aptum. hoc dicit ſi clauſula
longior non fuerit q̄ ut uno poſſit ſpiritu enunciari:ut in ipſa clauſulæ pronunciatio-
ne uocem mutare non neceſſe fuerint.HABEatq; ſimilitudinem æqualitatemq; uerbo
rum.ne alia grandia magnificaq;:alia porro humilia depreſſa . nam in ſermone tenui
ſublime nitidumq; non conuenit:fitq; corruptum quia in plano tumet.Ita humilia cir
ca res magnas carpimus:itaq; ut uidetur illud prætextam in ciſtamures roſere camilli:
ita probatur Virgilianum illud ſæpe exiguus mus.nam exiguus Epitheton aptum p-
prium effecit ne plus expectaremus . Et caſus ſingularis magis decuit: & clauſula ipſa
unius ſyllabæ non uſitata addit gratiam imitatus itaq; eſt utrunq; Horatius naſcetur
ridiculus mus.TVM Ex contrariis ſumpta uerbis.Crebra crebris:paria paribus reſpon
deant.hæc figura anthitheton appellatur.Latine contrapoſitum : cuius exemplum nō
uidemur commodius pro ferre poſſe:q̄ Ciceronis illud in Catillinam ex hac enim par
te pudor pugnat:illinc petulantia:hinc pudicitia:illinc ſtuprum hinc fides:illinc frau-
datio.hinc pietas:illinc ſcelus:hinc conſtantia:illinc furor.hinc honeſtas : illinc turpi-
tudo.hinc continentia:illinc libido. Deniq; æquitas temperantia. fortitudo:pruden-
tia:uirtutes omnes certant cum iniquitate cum luxuria cum ignauia cum temeritate
cum uitiis omnibus:poſtremo copia cum egeſtate.bona ratio cum perdita . mens ſa-
na cum amentia.bona deniq; ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit.Quin-
tilianus autem de hac figura locutus non uno inquit fit modo nam & fit ſi ſingula ſin-
gulis opponuntur ut uicit pudorem libido.timorem audacia : & bina binis non no-
ſtri ingenii eſt.ueſtri auxilii eſt.& ſententia ſententiis:dominetur in concionibus iace-
at in iudiciis.RELATA Ad idem uerbum: ut neq; is es Catilina ut te aut pudor a tur-
pitudine:aut metus a periculo:aut ratio a furore reuocarit ad idem enim uerbum plu-
ra,referuntur:quod fit aut propoſito uerbo:aut in ultima parte collocato ut hic:aut in
medio.ET GEMINata ac duplicata.Vel etiam ſæpius iterata ponantur . ut perturba-
tio iſtum mentis : & quædam ſcelerum effuſa caligo : & ardentes furiarum faces ex-
citarunt & illud inueſtigata comperta patefacta ſublata deleta extincta . & illud. pa-
ter hic tuus : patrem hunc appellas patris tui filius eſt.CONSTRVCTIO que uerbo
rum. Tum coniunctionibus copuletur . ut tectumque laremque armaque amyclæ-
umque canem creſſamque pharethram. TVM DISSOLVTIOnibus relaxetur. Vt
de Alexandro Aquila ne in deliberando conſilium in præliando uirtus . in benefi-
cio benignitas non deerat : ſed dumtaxat in ſupplicio crudelitas . nam cum aliqua
res dubia accidiſſet apparebat ſapientiſſimus . Cum autem confligendum eſſet cum
hoſtibus fortiſſimus:cum uero primum dignis tribuendum liberaliſſimus & cum ani
maduertendū clemētiſſimus & apud Virgiliū hic illū uidi iuuenē bis ſenos:cui noſtra

dies altaria fumant.hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:ſed utrunq; horum inquit Quintilianus coaceruatio etenim iuncta aut diſſoluta omnibus ſcriptores ſua nomina dederunt:ſed uaria & ut cuiq; fingere placuit.fons quidem unus qui & acriora facit & inſtantiora:quæ dicimus & uim quandam præſeferentia uelut ſæpius erumpentis affectus. FIET etiam ſuauis oratio:Si aliquid in uiſum:aut in auditum:aut nouum dicas:ut ipſe Cicero pro Celio prægeſtit animus iam uidere primum lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares.deinde fortis uiros ab imperatrice in inſidiis atq; in præſidio balnearum locatos:ex quibus requiram quo nam modo latuerint:aut ubi.alueus ne ille:an equus troianus fuerit qui tot inuictos uiros muliebre bellũ gerẽtes tulerit:ac texerit.Illud uero reſpondere cogam cur tot uiri ac tales hũc & unum:& tam imbecillum:q̃ uidetis:non aut ſtantem comprehenderint:aut fugientem conſecuti ſint:qui ſe nunq̃ profecto ſi iſtum in locum proceſſerint explicabunt quã uolent in conuiuiis faceti:dicaces . nõnunq̃ etiam ad uinum diſerti ſint. Alia fori uis. Alia Triclinii.Alia ſubſeliorum ratio.Alia lectorum non idem iudicium commeſſatorumq; cõſpectus.lux deniq; alia eſt ſolis:& lychnorum. DELEctat.Etiam quicquid eſt admirabile:maximeq; mouet ea quæ motum aliquem animi miſcet oratio:Vt ipſe in Piſonem:ſed multam carnem ſubrancidam ſerui ſordidati miniſtrãt:nõnulli etiam ſenes: idem coquus:idem atrienſis.Piſtor domi nullus:nulla cella.panis & uinum a propola:atq; de caupona græci ſtipati:qui i lectulis ſæpe plures ipſe ſolus habiturus:quæ eodem de ſolio miniſtrentur.ubi galli cantum audiuit auum ſuum reuixiſſe putat:menſam tolli iubet. QVAEque ſignificat oratorius.Ipſius amabiles mores:qui exprimuntur aut ſignificando iudicio ipſius:& humano animo:ac liberali:ut pro Celio adulteꝝ ego putarem:ſiquis hãc paulo liberius ſalutaſſet:& contra Catilinam Serui me hercule mei ſi me iſto pacto metuerent: ut te metuũt omnes ciues tui:domum meam relinquendam putarem. Etrurſus pro Celio O magna uis ueritatis:quæ contra hominum ingenia calliditatẽ ſollertiã:contraq; fictas hominũ inſidias facile ſe per ſe ipſam defendat.AVT Inflexione ſermonis.Quæ figura apoſtrophe dicitur a græcis.hæc ut inquit Quintilianus mire mouet:ſiue aduerſarios inuaſimus.quid enim tuus ille Tubero in acie pharſalica gladius agebat:ſiue ad inuocationẽ aliquã conuertimur. Vos enĩ iam ego albani tumuli atq; luci:ſiue ad inuidioſam implorationẽ o lex portia: legeſq; ſemproniæ.AVT Augẽdi alterius.Vt in Tuberonẽ memorato in exẽplo.AVT Minuẽdi ſui cauſa.Vt pro Milone o me miſeꝝ.o me infœlicẽ:reuocare tu me in patriã milo potuiſti.ALIA dici ab oratore:alia exiſtimari uidentur.Idq; comitate fieri magis: q̃ ueritate.Hæc figura Ironia dicitur:ut illud in Catillinã a quo repudiatus ad ſodalẽ tuũ uirũ optimũ metellũ demigraſti.Vnde qm̃ Socrates:ea plurimũ uſus ẽ appellatꝰ εἴρων. QVAE orationẽ.Aut magis obſcurã:aut minus probabilẽ faciũt.Ideo illa a nobis repudiata ſunt præcepta.CVM Aut propriũ:aut idẽ ſignificans.Aut uerbũ factũ in plura uerba deducit.Vt Te nemus anguitiæ:uitrea te fucinus unda.Et hæc nauis honuſta p̄da ſicilienſi.Cũ & ipſa quoq; eſſet ex præda.Et multi & graues dolores inuenti parentibus & propinquis multi. CVM AVtem diffinitiones ad unum uerbum reuocantur. Vt qui ſunt qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthaginẽſes. Qui ſunt qui bellum crudeliſſime geſſerunt? Carthaginenſes? Qui ſunt qui italiã deformauerũt? Carthaginenſes. Qui ſunt qui ſibi ignoſci poſtulãt? Carthaginenſes.AVT aſſumpta uerba remouent. Per correctionẽ hũc ego non ĩmanẽ:ſed feram duco. AVT ĩ circuitus dirigũtur.Ideſt in clauſulã uerba extendũt:ut quod dicit Sexto Roſcio qui ſcænã introeat ſolus cũ artifex eiuſmodi ut ſolus uideat dignus eſſe qui ſcænã introeat dignus uideatur qui nõ accedat. AVT cõiunctione.Fit unũ uerbum ex duobus nouatiõe uocabuli de qua dictum ſuperius eſt. VT CVM ſemel dictum ſit directe Sicut natura ipſa intulerit inuertatur ordo quæ figura græce ἐπάνοδος dicit ut ꝓpoſitis duobus ſecundũ prio deinde primũ capimus ut apud Virgiliũ.forte ſub arguta cõſederat illice daphnis. Compulerantq; greges coridon & thyrſis in unũ.Thyrſis oues corydon diſtentas lacte capellas. ET IDEM quaſi ſurſum uerſus retroq; dicat hæc κλίμαξ græce latine gradatio nominat:hæc repetit ea quæ dicta ſunt & priuſq̃ ad aliud deſcẽdat in prioribꝰ reſiſtit ut africano uirtutẽ induſtria. uirtus gloriã.gloria æmulos cõparauit & calui:nõ ergo magis

pecuniaꝶ repetundaꝶ q̃ maieſtatis:neq; maieſtatis magiſq̃ planciæ legis: nec planciæ
legis magiſq̃ ambitus.neq; ambitus magiſq̃ oīum legū iudicia perierūt. DEINde in.
terciſe atq; ꝑmixte ut ſtupere gaudio ſimul enim audiť cœpit ꝑmixte:ut tā deeſt auaro
qđ habeat q̃ quod nō habet. FACIT enim Et dilucidā orōnem & illuſtrem.Cum ſit
actio rhetoꝶ oīum cōſenſu in duas diuiſa partes uocē & geſtū:quoꝶ altera oculos al
tera aures mouet p quos duos ſenſus oīs ad aīum penetrat affectus.nō dubiū quin di.
lucidā orōnem & illuſtrē & ꝓbabilē & ſuauē ſi fuerit decora effectura ſit. cuiuſmodi
aūt eā eſſe cōueniat copioſiſſime expoſuit Quintilian⁹. QVAE eſt gēma litteraturæ.
Talis inquit eſt memoria:qualis gēma in qua ſculptæ ſunt litteræ:quæ in cera defigan
tur.nā & ipſa quoq; memoria ita reꝶ figuras cōtinet impſſas uel etiā uerba.eſt aūt me
moria qdem duplex alia naturalis.alia arte cōparata: Naturalis adiuuari ac augeri ar
te adhuc poteſt. Arte cōparatur aut p imagines:ut Cicero in rhetoricis ad herēniū tra.
dit:Aut ſollertia & diligentia quā exponit Quintilianus melior euadit:aut tertio me.
dicamine roborať.nā quēadmodū medici ꝓpemodū oēs & philoſophi tradunt me.
moriæ omnis ībecillitas aut a cerebro frigido eſt:aut a frigido & arido: aut a frigido
& humido:Aut aliquando etiā uarias mutat imagines propter calidū in humido uti
bilioſis ſolet accidere.his oībus cauſis inſpectis medelæ ſingulis ſuæ poſſunt accōmo.
dari. QVOniā igitur Quoniā totus hic oratoriaꝶ partitionū liber in tris diuiſus eſt
partes in uim oratoris.orōnis partes & queſtiones.Cū dictū de prima ſit:de reliquis
nūc dicendū eſt:primoq; de orationis partibus.QVArum prima & poſtrema ad mo.
tum animi ualēt nō quin reliquæ quoq; idē preſtent:ſed qđ in his duabus fere tota uis
mouēdi expliceť.ideo in areopago his uti oratores p præconē ꝓhibebātur ingredien
προοιμιάζου ti ſiquidem oratori ꝑco aiebat μη προοιμιαζου μὴ δεπίλεγε id aūt ideo quo uerꝶ
facilius ab omni affectu ſemoti poſſent diiudicare.SED amplificatio.De hac dicemus
ubi de cōcluſione tractabiť.VT ILla docendi.Hoc eſt ut cōfirmatio docēdi cā adhibe
tur ita amplificatio cauſa mouendi.SVNT aūt reꝶ tria genera.Ita Quintilianus cau.
ſa principii nulla alia eſt:q̃ ut auditorē quo ſit nobis in cæteris partibus accōmodatior
ꝓparemus.Id fieri tribus maxime rebus inter autores plurimos cōſtat ſi beniuolū:attē.
tum:docilē fecerimus:nō quia iſta nō p totā actionē ſint cuſtodienda : ſed quia initiis
ꝑcipue neceſſaria p q̃ in aīum iudicis ut ꝓcedere ultra poſſimus admittimur QVO.
rum primus:Locus eſt in perſonis noſtris diſceptatoꝶ aduerſarioꝶ.Quintilianus:ſed
perſonaꝶ inquit eſt ut plæriq; tradiderūt triplex ratio ex litigatore. ex aduerſario. ex
iudice.nā exordiū duci nōnunq̃ ab actore cauſæ ſolet :q̄q̃ enim pauciora de ſe ipſo di.
cit & parcius:plurimū tñ ad oīa momēti eſt in hoc poſitū. AVT meritis noſtris.Vt ip.
ſe ad quirites anteq̃ iret in exiliū.Si quādo inimicoꝶ impetū ꝓpulſare ac ꝓpellere cu.
piſtis defendite nūc uniuerſi unū qui ne oēs ardore flāmæ cōcideretis mei capitis peri
culo nō dubitaui ꝓuidere.nā quē uirtutis gloria cū ſumma laude ad cælū extulit eun.
dē inimicoꝶ inuidia indigniſſime depſſum opprimit.& Demoſthenes ꝓ cteſiphonte
πρῶτον μενῶ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι τοῖσ θεοῖσ εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαισ ὅσην εὐ
νοῖαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοσαύτην ὑπάρξαι μοι πα
ρα ὑμῶν εἰσ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα.COntrariiſq; reb⁹.In aduerſarios cōferēdis:ut ip
ſe in uatiniū ſi tua tantū modo uatini qđ his uehemēter placebat ut te cuius teſtimo.
nium ꝓpter turpitudinē uitæ ſordeſq; domeſticas nulli⁹ momēti putareť tacit⁹ dimit.
terem.nemo.n.hoꝶ ita te refutandū ut grauē aduerſariū aut ita rogandū ut religio.
ſum teſtē arbitrabať.Demoſthenes cōtra Midiā τὴν μὲν ἀσέλγειαν ὦ ἄνδρεσ δικα
σταὶ καὶ τὴν ὕβριν ᾗ πρὸσ ἅπαντασ ἀεὶ χρῆται μειδίασ οὐδένα ἀυθ' ὑμῶν οὔτε
τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἴομαι.Ita Iſocrates in lochitā ὥσ μὲν τοίνυν ἔτυπτε
με λοχῖτησ ἀρχων χειρῶν ἀδικῶν ἅπαντεσ ὑμῖν οἱ παρόντεσ μεμαρτύρηκασι
τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦτο οὐχ ὁμοῖον δεῖ νομίζειν τοῖσ ἄλλοισ. AVT deprecādo
Depcor uehemēter ꝑcor & refuto·Statius nec depcor umbrā accipere. Virgi· eqdem
merui nec depcor inquit.Luca. Nō depcor hoſti ſeruari dum me ſeruet ceruice reciſa.
Ouidi.in faſtis Ille metu pauidus mortē nō depcor inquit. Auguſti.in pſalmo octua.
geſimo nono deprecor cōmune eſt uerbū: dicimus enim depcor te & depcor a te: aut
depcando hic intelligendū ē recuſando refutādoq;.INTELligenter aūt: ut audiamur
& attente

& attente a rebus ipſis ordiendum:quia quæ primo dicuntur illa magis conſiderari ſo-
lent:ut de prouinciis conſularibus ipſe.Si quis ueſtrum.P.C.expectat:quas ſim prouin
cias decreturus conſideret ipſe ſecum qui mihi homines ex prouinciis potiſſimum de-
trahendi ſint;non dubitabit quid me ſentire conueniat: cum quid me ſentire ne-
ceſſe ſit cogitarit Lyſias in epitaphio auxiliantium corinthiis. εἰ μὲν, ἡγούμην οἷόν τε
εἶναι ὦ παρόντες, ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶνδε ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν ἀρετὴν,
ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν.SI COMplectare a prī
cipio genus naturāq; cauſæ.Vt ipſe pro publio ſylla.maxime uellē iudices ut.P.ſylla &
ante ea dignitatis ſuæ ſplendorē obtineret: & poſt calamitatē acceptā modeſtiæ fructū
aliquē potuiſſet pcipe:ſed qm̄ ita tulit caſus īfeſt⁹ut āpliſſimo ī honore cū cōi ābitiōis ī
uidia tū ſingulari antonii odio euerteret:& q̄ ſequunt Dēoſthenes ad philippi epiſtolā
ὅτι μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ᾽ ἐνεβάλετο τὸν
πόλεμον, πᾶσιν ἡμῖν φανερὸν γέγονεν· ἐπειδὴ γὰρ Φαρσαλίοις Ἅλον παρέδωκε, καὶ τὰ περὶ Φω-
κέας διῳκήσατο, καὶ τὴν Θρᾴκην κατεστρέψατο πᾶσαν, αἰτίας οὐκ οὔσας πλασάμενος, καὶ προ-
φάσεις ἀδίκους ἐξευρών. SI DEfinitas.Hoc eſt determines ut ipſe in catilinam.Semper Rem,P.
quirites uitamq; oīum ueſtrorū bona:fortunas: coniuges liberoſq; ueſtros:atq; hoc do
miciliū clariſſimi īperii fortunatiſſimā pulcherrimāq; urbē hodierno die deorū īmorta
liū erga uos ſummo amore laborib⁹conſiliis piculiſq; meis ex flāma atq; ferro:ac pene
ex faucib⁹fati ereptā & uobis cōſeruatā ac reſtitutā:uidetis:Dēoſthenes de cheronēſib⁹
ἔδει μὲν ὦ Ἀθηναῖοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα,
μήτε πρὸς χάριν, ἀλλὰ ὃ βέλτιστον ἕκαστος ἡγεῖτο, τοῦτ᾽ ἀποφαίνεσθαι· ἄλλως τε, καὶ περὶ κοι-
νῶν πραγμάτων, καὶ μεγάλων ὑμῶν βουλευομένων· ἐπειδὴ δ᾽ ἔνιοι τὰ μὲν, φιλονεικίᾳ, τὰ δὲ,
ἥτινι δήποτε αἰτίᾳ προάγονται, λέγειν ὑμᾶς ὦ Ἀθηναῖοι τοὺς πολλοὺς δεῖ πάντα τὰ ἄλλα ἀφέν-
τας, ἃ τῇ πόλει νομίζετε συμφέρειν, ταῦτα καὶ ψηφίζεσθαι, καὶ πράττειν. SI DIuidas. Cice-
ro ipſe pro Cluentio habito.animaduerti Iudices omnē accuſatoris orōnē in duas di-
uiſam eē ptes quarū altera mihi niti & magnope cōfidere uidebat inuidia iā inueterata
iudicii iuniāi altera tatūmō cōſuetudīs cā timide & diffidēter attīgere rōnē ueneficii
criminū:q̄dere lege ē hæc q̄ſtio cōſtituta.Iſocrates ī orōne q̄ ab eo de pace īſcripta eſt.
ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς
ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύσειν· οὐ μὴν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν
πραγμάτων ἥρμοσε τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νῦν παρόντων πραγ-
μάτων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν· ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσαντες περί τε πολέμου, καὶ εἰρήνης,
ἃ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων. NAM aut magna quædam propone
mus:aut neceſſaria:aut coniuncta cum ipſis apud quos res agitur.Vt ipſe in uerrem Ci-
cero.quod erat optandū maxime iudices: & quod unū ad inuidiā ueſtri ordinis infa-
miamq; iudiciorū ſedādā maxime ptinebat:id nō hūano cōſilio ſed,ppe diuinitus datū
atq; oblatū uobis ſūmo rei.pu.tēpore uidet.Inueterauit.n.iā opinio pniciosa rei.pu.
uobiſq; piculoſa q̄ nō mō apud exteras natiōes:ſed oīum ſermōe pcrebruit his iudiciis
q̄ nūc ſint pecunioſū hoīnē q̄uis ſit nocēs nēinē poſſe dānari:& Dēoſthe.cōtra Timocratē,
τοῦ μὲν ἀγῶνος ὦ ἄνδρες δικασταὶ τοῦ παρόντος, οὐδ᾽ ἂν αὐτὸν οἶμαι Τιμοκράτην εἰπεῖν αἴτιός ἐστιν
ἄλλος τις αὐτῷ πλὴν αὐτὸς αὑτῷ· χρημάτων γὰρ οὐκ ὀλίγων ἀποστερῆσαι βουλόμενος τὴν πό-
λιν, παρὰ πάντας τοὺς νόμους νόμον εἰσήνεγκεν οὔτ᾽ ἐπιτήδειον, οὔτε δίκαιον ὦ ἄνδρες δικασταί.
ὃς τὰ μὲν ἄλλα ὅσα λυμανεῖται, καὶ χεῖρον ἔχειν τὰ κοινὰ ποιήσει, κύριος εἰ γενήσεται, τάχα δὴ
καθ᾽ ἕκαστον ἀκούοντες ἐμοῦ, μαθήσεσθε· ἓν δ᾽ ὃ μέγιστον ἔχω, καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰ-
πεῖν, οὐκ ἀποκρύψομαι. τὴν γὰρ ὑμετέραν ψῆφον, ἣν ὀμωμοκότες περὶ πάντων φέρετε, λύει, καὶ
ποιεῖ μηδενὸς ἀξίαν ὁ τουτονὶ νόμος. SIT AVtem hoc etiam in præceptis:Vt ſiquidem tem
pus ipſum aut res aut locus.Quintilianus autem ad cauſam inquit extra pertinet tem-
pus unde principiū pro celio.locus unde pro deiotaro habitus unde pro milone. opi-
nio unde in uerrem deinceps ne omnia enumerem fama iudiciorum expectatio uulgi
nihil enim horum in cauſa eſt ad cauſam tamē pertinet.MAXime in perorando.Hoc
eſt in ipſa concluſione quod dictum fuerit:quoniam ultimo dictum loco magis hæret
dabit aliquādo exordii nobis occaſionē. QVOniam narratio. Poſt exordiū cōtinuo
ſequit narratio. FVNdamentū cōſtituendæ fidei.Quoniā narrant quæ facta ſunt:aut
quæ pſentia ex quibus magna uis argumentorū inde elicit. PARtim ſunt. Aſſumpta

ad ornandū: quæ nō tā neceſſaria:q̄ ornantia ſunt. VT DILucide. Quid dilucidū: qd
probabile qd ſuaue in dicendo ſit iā memorauimus. PROBAbilis. In rhetoricis ue te
ribus probabilis inquit erit narratio ſi in ea uidebuntur eſſe quæ ſolent apparere in ue
ritate ſi perſonarum dignitates ſeruabuntur ſi cauſæ factoꝝ extabunt ſi fuiſſe facultates
faciendi uidebuntur. ſi tempus idoneum. ſi ſpacii ſatis. ſi locus oportunus ad eandem
rem qua de re narrabitur fuiſſe oſtendetur. ſi res & ad eorum qui agent naturam & ad
uulgi rumorem & ad eorum: qui audient opinionem accōmodabitur: ac ueri quidem
ſimilis ex his rationibus eſſe poterit. quæritur enim ut ſit probabilis narratio quis. quid
cur. ubi. quando. quemadmodū: quibus adminiculis. natura noſtra. opinio Iudicū uul
gi mos: quæ ſunt omnia perſona. factum. cauſa locus. tempus. modus. facultas. opinio.
SI TEſtata dici uidebuntur. Ideſt de quibus teſtimonia habita ſint. EVENti cauſa po
netur. Euentus inquit ipſe in rhetoricis eſt exitus alicuius negocii ī quo quæri ſolet qd
exquaq; re euenerit eueniet euenturūq; ſit quare hoc in genere ut cōmodius quid euen
turum ſit ante animo colligi poſſit quid quaq; ex re ſoleat euenire conſiderandum eſt
hoc modo ex arrogantia odium: ex inſolentia arrogantia. OPINIone. Opinio eſt cū
ctorum ad quæ ancipiti feramur ſententia uni uel pluribus propenſior exiſtimatio. AV
TOritate. Autoritas eſt mentis & corporis quædam dignitas quæ efficit tum ſua præ
ſentia: tum etiam oratione cæteri: ei reuerentiam preſtent. SI CVM lege Lex ut Papi
nianus inquit eſt cōmune præceptum prudentium conſultum delictorum quæ & ſpō
te uel ignorantia contrahuntur coertio cōmunis rei. pu. ſponſio. SI CVM more. Mos
eſt quod inter hoīes ſolitum eſt fieri. CVM REligione coniuncta. Religio ē: quæ diui
næ naturæ cultum & cerimonias affert. SI ANtiquitas. Ideſt ueneratio. SI MEMoria.
Ne uera exciderint & falſa narret. SVAuis aūt narratio. ut Celii in Antonium. namq;
ipſum offenderunt temulento ſopore profligatum totis ſtertentem præcordiis ructuo
ſos ſpiritus geminare præclaraſq; contubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incu
bare: & reliquas circumiacere paſſim: in quæ tamen exanimatæ terrore hoſtium aduen
tu percepto excitare antonium conabantur nomen inclamabant: fruſtra ceruicibꝰ tolle
bāt blādius alia ād aurem inuocabat. uehementius etiam nōnulla feriebat. quaꝝ omni
um cū uoce tactuq; oſcitaret ꝓxime cuiuſq; collū amplexu petebat: neq; euigilare ebri
us poterat: ſed ſemiſomno ſopore inter manus cēturionum cōcubinarūq; iactabatur.
QVAE ad fidem faciendā pertinent. Nam tam & ſi narratio ad fidem faciendam per
tineat imprimis tamen confirmatio & confutatio. QVOniam omne qđ in cōtrouerſi
am uenit id ita. habet. Genus totius artis ē rhetorices facultas. rhetoricæ uero ſpecies
tres quæ tria genera cāuſarum appellant᷑. Iudiciale. Demōſtratiuū. Deliberatiuū. materia
quæcūq; q̄ſtio circa quā uerſari oratoris poſſit orō. partes huius materiæ q̄ſtio infinita:
& definita definita diuidit᷑ in cōſtitutiones ſiue ſtatus ſeu cōtrouerſias libeat appellare
eæ itaq; oēs aut in ſcripti alicuius cā uerſant᷑: aut ex re ipſa ſibi nomē uendicāt. & perin
de q̄ in ſcripto legitimæ: q̄ in re rationales nominant᷑. In ſcripto cum unus ſcriptoris
uerba defendit. Alter ſententiam: qui ſtatus ſcriptū & uolūtas appellat᷑. Alter ſi inter ſe
leges diſſentiāt: & utraq; pars defendat᷑ ſtatus legis contrariæ. Tertio cū ſcriptū de quo
cōtendit᷑ ſententiā amplectit᷑ ambiguā. ambiguus ſtatus dicit᷑. Quarto cū ex eo quod
ſcriptū nō eſt per collectionē aliquid intelligit᷑: qđ quia ꝑ ratiocinationē & ꝑ ſyllogiſ
mi collectionē inueſtigat᷑. a græcis ſyllogiſmus a nr̄is ratiocinatio noīnat᷑. Quinto cū
ſcriptū qdem ē: ſed in quo uis eſt id uerbū nō clareſcit finis uel finitiuus in ſcripto no
minat᷑ ſtatus. Earū porro cōſtitutionū: q̄ rōnales, appellant᷑: ita diſtingunt᷑ iuxta Cicero
nem in rhetoricis: q̄q̄ uaria ē de his inter rhetoras opinio ſicut de mēoratis. In his ergo
q̄rit᷑ an ſit & q̄le ſit & p̄ter hoc: an iure: an more poſſit tractari iudiciū: qđ ſi qd factū ne
gat᷑ cōiecturalis: uel īficicialis ſtatꝰ appellat᷑. ſi factū cōſtet & quo noīe ſit appellādū q̄rat᷑
finitiuus ſtatꝰ: qđ ſi utrūq; cōtrouerſia careat. ſed quale id ſit q̄rat᷑ generalis ſtatus noīat᷑
In hoc aut querit᷑ de p̄terito. aut de p̄ſenti: aut de futuro. ſi de præterito iuriſdicialis. ſin
de p̄ſenti uel futuro negocialis. Iuriſdicialis igr̄ cuiꝰ inq̄ſitio p̄teritū reſpicit in duas p
tis diuidit᷑: aut. n. ī ip̄o facto uis defenſiōis ē & abſoluta cōſtitutio noīat᷑: aut extrīſecus
aſſumit᷑: & aſſūptiua nūcupat᷑: hæc porro diuidit᷑ quadrifariā: aut. n. cōcedit᷑ crimē aut re
mouet᷑: aut refert᷑: aut qđ ē ultimū cōpat᷑. cōcedit᷑ crimē cū nulla facti īducit᷑ defenſio:

ſed uenia

ſed uenia poſtulať.Id fieri duobꝰ mõis põt.ſi depceris:aut purges.depcaris cũ nihil ex cuſatiõis attuleris:purgas cũ facti culpa his aſcribiť:qbꝰobſiſti obuiariq; nõ poſſit.ſunt aũt ĩprudẽtia.caſus.neceſſitas.error.Remoueť uero crimẽ cũ ab eo q ĩceſſiť tráſferť:in aliũ:id duobꝰ fit mõis cũ aut cã referť:aut factũ referť.cã cũ aliena ꝑtãte aliqñ factũ eẽ cõtẽdiť.factũ uero cũ aliꝰ:aut potuiſſe:aut debuiſſe facere demõſtrať.referť crimẽ cũ iu ſte in aliquẽ faciñꝰ cõmiſſũ eẽ cõtendiť:qđ is ꝓuocarit laceſſiueritq; iniuria.Cõperatio cũ meliore de cã factum diciť.Nunc qd hic Cicero dicat ĩtueamur.NVNC cõiecturæ locos quæro.Hoc dicit qm̃ rõnaliũ.cõſtitutionũ prima eſt cõiecturalis uelim mihi ex plices locos unde in hac qõne poſſim argumenta deducere.IN VEriſſimilibus & in ꝓ priis reꝝ notis tota poſita eſt.Ideſt qm̃ factum eſſe negať.a uerifimilibꝰ & ꝓpriis notis reꝝ argumentandũ.ꝓpriis aũt notis ait ideſt.ſignis unde uideri poſſit aut factum aut nõ factum eſſe quidpiam. VT FVmus ignẽ.Videť ſiqdem unde fumꝰ erũpit: ibi ignis eſſe.EX PArtibꝰ & quaſi membris narrationis.Quod facit Cicero pro Milone cum ĩ narratione ipſa nihil apparatus fuiſſe Miloni oſtendit:ut inſidias faceret.At contra fuiſ ſe clodio.NATVræ primũ ſpectanť.Sint ne ꝓcliues ad id:an minime.QVEMadmo dum affecti ſunt uirtutibꝰ uitiiſq;.Hoc eſt an bene educati an ſecus.ARTIbus.Nunqđ laſciui uagi:errabũdiq; ſint nulla arte inſtituti:an ſecus.INERtiis.Hoc eſt an ſint artiũ expertes.AN Quẽadmodum Cõmoti:ut facilïꝰpotuiſſe fieri:aut nõ potuiſſe oſtendať. ſi affectuoſos:aut minime:eſſe oſtendamus.ſi nullo uerbi cã mõ ad irã ꝓuocari potuiſ ſe:ut id fecerint cõtendamus.IN FORtuna genus amicitiæ. Quibus oĩbus ꝓbari põt aliquid facilius fieri potuiſſe.OPES quibꝰ colimur:q̃ nõ tam uſum q̃ lautũ uſum rerũ nobis ſuggerunt:ut canes uenatici & ſimilia.DIVItiæ.Quibus utimur:ut ſi abundemꝰ frumento:uino:oleo:cæteriſque huiuſmodi.IN LOcis aũt.Loci ad coniectandum ar gumenta maxime ſuppetent cũ in omni genere tum ĩ deliberatiuo:ut ſi querať an Cæ ſar renum tráſgreſſus ſueuos'obſtãtibꝰ locoꝝ iniqtatibus poſſit debellare:an morinos qui ſe in paludes condant & huiuſmodi alia.LEVES.Prima producta accipiendũ.hoc eſt minime herbidi uel arboroſi. O PACI. Crebris arboribus ſolares radios arcentes. APRICI.Sole gaudẽtes.unde apricis ſtatio mergis:& apricos meminiſſe ſenes Virg. Perſiuſq; dixerunt.CELEbres.a multis habitati.OBSCVri.Incogniti.PROFAni.Ab omni religione remoti.ex his propoſita materia cuius ducere argumenta minime erit difficile.TEMPEſtas.Tempus quo aliquid agitur ut cum dicimus hac tempeſtate hoc non fit:ut nulli maior fuit uſus edendi tempeſtate mea dixit Iuuenalis. FORTVITa. Quæ obueniunt ut ipſis forte libuerit hominibus colere.ET EVENtus.Supra quid ꝑ euentum accipere oporteat expoſuimus.CASV.Eſt ſiquidem proprie caſus aut in ra tione carentibus:aut prorſus anima.ſicut fortuna in ratione utentibus cum aliqua præ ter propoſitum eueniunt.nunc ergo caſum fortuitum euentum accipiendũ.IN Impru dentia.Neceſſitas ponenda.quoniam prudentia:ac imprudẽtia arbitraria:ac in noſtra optione poſita ne utiq̃ ſunt.PERluſtrandæ animo:ut quotiens quæſtio aliqua conie cturalis in quouis genere fuerit oblata ex his oĩbus ſedibus educere poſſimus argumẽ ta.EX FActi ueſtigiis.Quæ ſigna ſuperius diximus appellari de quibus ſuperius abun de dictum eſt.QVOD ſenſu percipi poſſit.Præſertim uiſu & auditu:qui omniũ acerrĩ mi ſunt. MVLTum tamen Cum ſint coaceruata proficiunt.dixiſſe autem ideo uideri hunc illũ occidiſſe:qđ eum oderat parum eſt:at & qđ minitatus erat ſe occiſuꝝ: & qđ inuentus cum gladio cruento:& qđ argutus titubarit:& cætera huiuſmodi ſi addanť: hac coaceruatione fieri uideť iam ĩdubitatũ. PRImum exemplũ Si proferamus alios idem feciſſe.& ſimilitudinem oſtendamus.FABVla Etiã nonnunq̃:qđ ex uſu ipſo ap paret.QVID Diffinitionis.Poſt coniecturalem ſtatum ſequitur:ut paulo ante oſten dimus finitiuus.tractatis ergo coniecturæ locis ſequitur iam:ut finitiui quoque ſtatus locos pariter exponat.NON DVbium eſt id quidem.Quin diffinitio genere declare tur.Quintilianus ubi hunc ſtatum tractat: qui priuatam pecuniam inquit de templo ſurripit ſacrilegii reus eſt:culpa manifeſta eſt: quæſtio an huic crimini nomen quod eſt in lege conueniat.ergo ambigitur an hoc ſacrilegium ſit:accuſator quia de templo ſit ſurrepta pecunia utitur hoc nomine.Reus quia priuatam ſurripuerat negat eẽ ſacri legium.ſed furtum fatetur.Actor ergo ita finiet ſacrilegium ẽ ſurripere aliqđ de ſacro.

Reus ſit finiet ſacrilegiũ eſt ſurripere.aliquid ſacri.uterq; finitiõem alterius impugnat ea duobus generibus euertitur ſi aut falſa eſt aut parum plana.docet ergo Cicero diffinire.NON DVbium inquit eſt id quidem quin diffinitio genere declaretur & ꝓprietate quadam aut cõmunium frequentia.hoc dicit diffinitio fit multis modis: ſed potiſſimum genere & differentia ut homo eſt animal genus expreſſi rationale adiecta iam a cæteris ſeperans animantibus differentia:quã Cicero nunc proprium uocat quæ aũt inter ſit inter differentiam:& proprium ab Ariſtotele in topicis & porphyrio in quinq; uocibus percipi poteſt:ſed addit aut cõmuniũ frequẽtiam.id autem fit cum proprio aut differentia caremus:ut ſi dicas homo eſt animal bipes latis unguibus & protenſis ſurſum in cælum ſpectans:cui ab humeris bina demittuntur brachia:& cetera hoc modo.EX Quibus proprium.Quid ſit eluceat.nam ex omnib⁹ uideri poteſt proprium factum eẽ. DIFFIniendum.Sæpe ex contrariis. Subaudiendum addita negatione:ut horatianum illud uirtus eſt uitium fugere:ſapientia prima ſtulticia caruiſſe.id maxime ſolet fieri de principiis quoniam genera ſuperiora non habent: ut punctum eſt cuius pars nulla.SAEPE ex diſſimilibus.Vt ſi dicas rhetorica eſt ars liberalis:quæ nec grammatica:nec poetica & reliquas enumerando aliã ab aliis eſſe ſignifices.SAEPE ex partibus.Vt rhetorica eſt.quæ inuentione.diſpoſitione.elocutione memoria pronunciatione que conſiſtit. QVAMobrem deſcriptiones quoq; ſunt in hoc genere ſæpe aptæ Subaudi quoniam deſunt propriam:ut ſi dicas homo eſt in quo pietas.in quo iuſtitia: in quo æquitas:in quo religio:& rurſus flagitium:ſcelus:& cætera:quæ tam uitiorum: q̃ uirtutum nomen habere inueniuntur. ET ENumerationes Conſequentium: quæcunq; res id quod diffinias conſequi uideantur.IMPRimiſq; Cõmouet explicatio uocabuli ac nominis.hoc eſt etymologia.Idem ait Quintilianus.maximos enim inquit uſus in approbando refellendoq; fine propriorum ac differentium non nunq̃ ethymologiæ:quæ tamen oĩa ſicut in cæteris confirmat æquitas nõnunq̃ & coniectura mentis etymologia maxime rara eſt.quid enim eſt aliud tumultus niſi ꝑturbatio tanta ut maior timor oriat̃:unde ei nomẽ dictũ eſt tumultus.& Cicero:q ſicut pro celio ꝑ conſequentia diffinit accuſare hoc mõ.Accuſatio crimen deſiderat rem ut definiat:hominẽ ut notet:argumẽto probet:teſte confirmet.Ita pro balbo aduerſarii etymologiã uerbi carpit inquiẽs erat accuſatoris interpretatio indigna reſpõſione q ita dicebat comiter eſſe cõmuniter:q̃ſi uero priſcũ aliqd': aut'inſolitũ uerbũ interꝑtaret̃ comes benigni:faciles:ſuaues hoĩes eſſe dicunt̃:q erranti comiter mõſtrat uiã benigne nõ grauate cõiter qdẽ certe nõ cõuenit.IN EO genere ſubaudi q̃litatis. nã poſteaq̃ an ſit & qd ſit nouit quærit tertio loco q̃le ſit.hoc ẽ ſtatũ q̃litatis:q tertius rõnalis eſt ſtatus.AVT Iure factũ Depellendi:aut ulciſcẽdi doloris cã:ut oreſtes q ideo ſe matrẽ defendit occidiſſe q̃a illa patrẽ ſuũ occiderat.AVT deniq; Neceſſitate:inſcitia:caſu.hæc in diuiſiõe q̃litatis ſtatus ſupius expoſuimus.IN LEgitimis iudiciis nõ hñt. Quia legũ ꝑſcripta iudices ſeq oportet.IN LIberis.Vt ſunt apud principes q ſtatuũt libere ut uolũt aĩaduertẽdo ignoſcendoue.EX LOcoꝝ deſcriptione.Quos ipſamet ꝓferre nobis cã.AVT Totũ eſt negãdũ.Poſteaq̃ de cõfirmatiõe dixit:ſequit̃ locus reꝑhẽſionis de quo Quintilian⁹ patron⁹ inqt neget:defendat:trãſferat excuſet:deꝑcet̃:molliat:minuat:auertat:deſpiciat:derideat quare in directa fere & ut ſic dixerim clamoſa eſt actio.hinc mille flexus:& artes deſiderãt̃ cũ accuſator meditata plæraq; domo affert ꝑronus etiã ex inopinatis frequẽter occurrit.accuſator dat teſtẽ ꝑronus ex re ipſa refellit.ideoq; accuſatiõibus etiã mediocres ĩ dicẽdo ſuffecerint.bon⁹ defenſor nemo niſi q eloquẽtiſſim⁹ fuit q̃q̃ ut qd' ſentio ſemel finiã tãto eſt accuſare:q̃ defendere:q̃to facere:q̃ ſanare uulnera facili⁹.ꝑimũ igit̃ intuendũ eſt:cui reſpõſuri ſumus ꝓpriũ ſit ei⁹ iudicii:an ad cãm extra acceſſitũ.nã ſi ẽ ꝓpriũ aut negãdũ aut defendẽdũ:aut trãſferẽdũ extra hæc in iudiciis fere nihil ẽ.depcatio qdẽ:q ẽ ſine ulla ſpẽ defenſiõis rara admodũ & apud eos ſolos iudices q nulla certa ꝓnũciãdi forma tenẽt̃:q̃q̃ ille quoq; apud.C Cæſarẽ & triũ uiros pro diuerſaꝝ ꝑtiũ hoĩb⁹ actiões ẽt ſi ꝑcib⁹ nitunt̃ adhibẽt tñ ꝑrocinia:niſi hoc nõ fortiſſime defendẽtis ẽ dicet̃ qd aliud egim⁹ tubero niſi ut qd' hic põt nos poſſem⁹.qd' ſi apd' pricipẽ aliũue cui utrũ uelit: liceat dicẽdũ erit morte dignũ eũ ꝓ quo loq̄mur clemẽtia tñ ſeruãdũ eẽ hic nõ cũ aduerſario:ſed cũ iudice res erit.ide delibatiue potiuſq̃ iudicialis mãæ forma ẽ.

In perſpicui

INPERSpicui.Falſis.dicemus nãq; talia eſſe accuſantis argumēta:ut in manifeſto fal-
ſis eadē dici poſſint.NON Effici.Quæ uelit.hoc eſt nō ſequi ex eis q̄ arguerit. ACCE
dere oportet ad ſingula.Singulas inquit partes repræhendemus quo uniuerſam argu-
mētationē improbemus.COMMEmoranda exēpla .Alia in mediū proferemus exē-
pla in quibus licet tales adhibitæ ſint argumētationes tn̄ eſt creditū.CONQuerenda.
Hoc dicit exclamabimus & ingemēdo q̄ ſit conditio humana piculis obnoxia oſtēde-
mus ſi acumine dicētis alicuius innocētes picula ſub ira cogantur & infamias & dāna.
QVAE ſumpta.Ex locis his qui ſunt expoſiti:quos in cōfirmatione & repræhenſione
attigimus hypotheſeos ideſt cauſæ ſiue cōtrouerſiæ.nā loci theſeos ideſt infinitæ q̄ſtio
nis ante expoſiti:& quēadmodum ex ſingulis argumēta educant abunde oſtēſum eſt.
EXPLIcatio argumēti.Argumētatio.quid ſit argumētum ſupra abunde oſtēſum eſt.
argumētatio igitur eſt argumēti extenſio.Argumentationū aūt duo ſunt genera unū
ſyllogiſmū græce. latine ratiocinatio alteꝝ inductio a latinis.a græcis epagoge noiat
nam epichirema parum admodū a ſyllogiſmo differt.nam ut Quintilianus inquit dif
fert a ſyllogiſmis nullo niſi qđ illi & plures habēt ſpēs & uera colligunt ex ueris quē-
admodū in mathematicis.epichirematis frequētior eſt uſus circa credibilia: quare fere
ſemper epichiremate orator:raro ſyllogiſmis utetur.utitur & enthymemate qđ a ſyllo
giſmo naſcitur propoſitione modo una detracta.EX Quibus id Efficias.qđ aut dubiū:
aut minus probabile p ſe uidet.quoniā ſi certū eſt qđ argumentatione accuſatoris col
lectum eſt ut reſponderi non poſſit ſtultū eſt contra dicere.ARGVmētandi duo ſunt
genera.Ideſt duobus tēporibus utimur argumētatione & cum probare aliquid ex ali-
quo uolumus & cū mouere acrius uolumus auditorē.DIRIgit cū propoſuit aliquid
quod probaret.Sane Cicero ipſe in p imo rhetoricoꝝ ueteꝝ copioſiſſime argumenta-
tionū tractationē nobis expoſuit illincq; petere ſatius eſt:q̄ a nobis perdiſcere: q̄ in hac
re dicenda ſint paucis tn̄ tum ipſius tum Quintiliani ſnīa quid obſeruādum dicemus.
Quare argumētatio q̄ ratiocinatio eſt appellata tres habet Ariſtotelis & conſenſu fer-
me alioꝝ oīum partes.nā ita habet iſta natura ut ſit de quo quærat & p qđ probet ter-
tium additur uelut ex conſenſu duoꝝ antecedentiū.prima ergo erit pars intētio.ſecū-
da aſſumptio.tertia cōnexio ut ſi quærat an uirtꝰ ſit utilis. ita texatur argumētatio.oīs
habitus bene inſtitute mentis eſt utilis.uirtus ē habitus bene inſtitutæ mētis:ergo uir-
tus eſt utilis.ſunt qui quinq; faciant partes ut Cicero in rhetoricis oſtēdit ut ſit propoſi
tio:deinde ratio eius tum aſſumptio:& eius probatio quinta cōplexio:ſed neutrā pba-
tionū a ſuis ſepare oportet propoſitionibus pſertim cū ſint aliqn̄ tam notæ propoſitio
& aſſumptio ut probatione nō egeant.ſunt inquit Cicero qui putant nōnunq̄ poſſe &
oportere cōplexione ſupſederi cū id pſpicuū ſit qđ conficiat ex ratiocinatione hoc mō
ſi peperit uirgo non ē.peperit aūt hic ſatis eſſe proponere & aſſumere qđ conficiat qm̄
pſpicuū ſit cōplexionis rem nō indigere.At Cicero exiſtimat oīo inferendā cōplexio-
nem hoc mō cōcubuit igit cū uiro hoc ſi nobis inferre inferas qđ ſequit fecit igit ince
ſtum.poterimus etiā breuius colligere ut dicamus qm̄ peperit cū uiro cōcubuit . uel p
interrogationē cū peperit quis dubitat adulteriū cōmiſiſſe?Quod ſi ad motū tendemꝰ
pluribus uerbis rem ipam amplificabimus . Comere ergo & expolire conuenit orōnē
multa aggerando nō ſtatim concludēdo.ſubiungit porro Cicero uariare aūt orōnem
magnope oportebit nā oībus in rebus ſimilitudo ē ſacietatis mr.id fieri poterit ſi nō ſi
militer ſemp ingrediamur in argumētationē.nā primū oīum generibꝰ ipſis diſtingue
re cōuenit hoc tum inductiōe:tum rōcinatione deīde in ipſa argumētatiōe nō ſemp a
pppoſitione incipe:neq; ſemp qnq; partibꝰ abuti:neq; eadē rōne partitiōis expolire:ſed
tū ab aſſumptione incipe licet tū a pbatione alterutra:tū hoc:tū illo genere cōplexiōis
uti.Illud quoq; uolumꝰ itelligi nos pbe tenere aliis quoq; rōnibus tractari argumēta-
tiones in phia multis & obſuris de qbus certū eſt artificiū cōſtitutū.Veꝝ illa nobis ab
horrere ab uſu oratorio uiſa ſunt.ILLA aūt altera.Argumētatio:q̄ pcellere audiētium
aīos cupit.QVASI retro & cōtra.Quæ non directe pponit:aſſumit:& cōcludit:ſed q̄
uult cōcludere ſibi primo aſſumit Deinde confirmat.DEINDE id qđ pponendū fuit.
Quod in prima parte collocādū.PERMotis aīs.Iā incalētibus ppe q̄ dicta ſint. IACit
ad extremū.Et iacit inqt hoc eſt ui aliqua exaggerationis & ardore uerborum profert.
VT CVM interrogamus.Noſmetipſos:aut percunctamur.Quintilianus qd enī tā cōe

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE [illegible]

q̄ ĩterrogare uel pcũctari.nã utroq; utimur ĩdifferẽter quoꝝ cũ alteꝝnoſcẽdi Alteꝝ at
guẽdi gratia uidetur adhiberi.Interrogamus igiť cũ noſſe uolumus.pcunctamur con
tendi & inſtãdi urgẽdiq; cauſa ut Cicero ipſe pro ligario apud quẽ igiť hæc dico nẽpe
apud eũ qui cũ hæc ſciret anteq̃ uidit me rei.pu.reddidit. Aliter pro cælio ficta interro
gatione dicet aliquis hæc igiť eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcẽtes? & totus ille
locus cui diuerſum ẽ cũ aliũ rogaueris nõ expectare reſpõſum & ſtatim ſubiicere dom⁹
tibi deerat? At hẽs.pecunia ſuperabat? at eges.aliquando cõuiciantes & tamẽ interro
gantes quaſi ſcire cupiẽtes ut in piſonẽ ſcire cupio quid tandẽ iſto in uerſu reprehẽdas
cædant arma togæ tuæ dicis inquit togæ ſummũ ĩperatorem eſſe ceſſuꝝ quid nunc te
aſine litteras doceã? nõ opus eſt uerbis:ſed fuſtibus nõ dixi togã qua ſum amictus nec
arma ſcutũ:& gladiũ unius imperatorẽ:ſed quod pacis eſt ſignũ & otii toga cõtra aũt
arma tumultus atq; bella more poetaꝝ locutus .hoc intelligi uolui bellũ ac tumultum
paci atq; otio concesſuꝝ. AVT Imperamus.Vt pro cluentio ueſtrã iudices æquitatẽ &
manſuetudinẽ mulier oppugnat atq; una quã cæcã crudelitate & ſcelere cuius cupidi
tatẽ nulla unq̃ turpitudo retardauit q̄ uitiis animi in deterrimas partes iura hoium cõ
uertit oĩa cuius ea ſtulticia eſt ut nemo hoiem ea uis ut nemo fœminã ea crudelitas ut
nemo matrẽ appellare poſſit eo iam deniq; adducta eſt ut ſibi p̄ter formã ad ſimilitudi
nẽ hoĩs reſeruarit:quare iudices ſi ſcelus odiſtis prohibete aditũ mulieris generis neq̃
ſimi. AVT Optamus.Quod frequentiſſime quottidie ſolet fieri cũ dicimus o utinam
nũc eluceſcat ueꝝ taciteq; id ita eſſe uolumus ſignificare.QVAE ſunt.Cũ aliis plurib⁹
ſententiaꝝ ornamenta:qm̃ infinitis propemodũ inflexionibus uti ad repræhendendũ
poſſumus dicendi ornamentis q̄ nos figuræ locutionis docent.VITAre aũt ſimilitudi
nem.Docuit argumẽtari nos poſſe uariis modis.docet rurſus uitare nos poſſe ſimilitu
dinẽ/uel non ex ordine ut res poſtulat ſi orſi fuerimus & ſi non oĩa cõfirmare contenda
mus:& ſi q̄ erunt aperta paucis cõpræhẽdamus.QVODQue ex iis efficiť.Ideſt ſigni
ficatur tota argumentatione.NECEſſe eſt.Semper concludere.ne fallatur aĩus audien
tis ſi forte minus q̄ inferre oporteat cognouerit.QVAE ſine arte.Ideſt loci:quos artis
ex partes diximus ſupiuſq; tractauimus:ubi cæteros quoq; Theſeos locos excuſſimus.
ARGVmenta rerũ.Ad res explicandas.PROPria teſtimonia uoluntatũ.Teſtes enim
ut ex ſua pronuntiãt uoluntate ita res eſſe uideri faciũt & contra teſtes memorat locos
quibus nõ credi oportere dicit qm̃ hæc pars rep̄henſionis eſt.QVAEſtionib⁹. Vbi tor
ti hoĩes & excruciati cõtra nos reſpõderint.QVAM uere inficiãdo dolere q̃ ut uera p
ferẽdo diutius torquerenť.Inficiari eſt in factũ ire hoc eſt negare ſe quicq̃ deliquiſſe in
quo arguať.SVAM uitã neglexerunt.Et p̄inde mori maluerũt ut alios liberarẽt:quos
amarunt.Inde nobis naſcenť argumenta:q̄ ad nos faciant.AVT Natura.Corporis:aut
conſuetudine dolendi.ut cappadoces.ATQue hæc exẽplis.Docẽdo aliquos qui id fe
cerit.EXTRema tibi reſtat.Quoniã de partibus fidẽ faciẽtibus dictum de ultima parte
hoc eſt peroratione dicẽdum in qua imprimis motus exciri conſueuerũt.NAM Eſt di
uiſa in duas partes.Amplificationẽ & enumerationẽ.Quintilianus peroratio ſequebať
quã cumulũ quidã:concluſionẽ alii uocãt eius duplex ratio eſt poſita:aut in rebus aut
in effectibus reꝝ repetitio & cõgregatio:q̄ græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις: a quibuſ
dam latinoꝝ enumeratio & memoriã iudicis reficit & totã ſimul cãm ponit ante ocu
los etiã ſi p ſingula minus moueat turba ualet in hac q̄ repetemus q̃ breuiſſime dicẽda
ſunt & qđ græco uerbo patet decurrendũ p capita:nã ſi morabimur non iam enume
ratio:ſed q̃ altera fiet oratio:q̄ aũt annumeranda uidẽtur cum pondere aliquo dicenda
ſunt & aptis excitanda ſentẽtiis & figuris utiq; uarianda.AVGEndi aũt.Hic ẽ proprius
locus in porando.prima ſane ſpẽs augẽdi in noĩe ipſo eſt cũ tum qui ſit cæſus:occiſum
qui ſit ĩprobus:latronẽ dicas.Quattuor tamẽ maxime generibus conſtat incremẽto:ut
facinus eſt uincere ciuẽ romanũ:ſcelus uerberare prope parricidiũ necare.quid dicã in
crucẽ tollere.Compatione ut P.Scipio pontifex maximus gracchũ mediocriter labefa
ctantẽ ſtatũ rei.pu.priuatus iterfecit.Catillinã orbẽ terræ cæde atq; incẽdio uaſtare cu
pientẽ nos cõſules pferemus.ratiocinatione:ut tu iſtis faucibus:iſtis laterib⁹ iſta gladia
toria totius corporis firmitate.nã reſpiciẽtes ad hæc poſſumus æſtimare q̃tũ illle uini i
hippiæ nuptiis exhauſerit:qđ ferre & cõcoquere nõ poſſet illa corporis gladiatoria fir
mitate.Congerie ut qd eni tuus ille tubero diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat:

cuius latus

cuius latus mucro ille petebat? quis ſenſus erat armoꝶ tuoꝶ:quæ tua mens? oculi ma
nus? ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Eſt etiã cõparatio cũ cõgerie mixta
ut pro cluentio.p.octauii ingenii prudentior iure peritior:fide:religione officio diligẽ
tior:aut ſanctior commemorari poteſt? Quis conſilio conſtantior quis iudiciorum au
tem eius dignitatis quæ in iuditiis publicis uerſari debent peritior Quis uirtute cõſilio
autoritate præſtantior? ne is quidem abſoluit longum eſt de ſingulorum uirtute ita dĩ
cere quæ quia cognita ſunt ab omnibus uerborum ornamenta non querunt:& ꝓ quin
tio qui mæror dignus inueuiri in calamitate tanta poteſt? miſerum eſt exturbari fortu-
nis omnibus miſerius eſt iniuria:acerbum eſt ab aliquo circumueniri.acerbius a ꝓpin-
quo.Calamitoſum eſt bonis euerti calamitoſius cum dedecore.funeſtum ẽ a forti atq;
honeſto uiro iugulari.funeſtius ab eo cuius uox in præconio queſtu proſtitit.indignũ
eſt a pari uinci:aut ſuperiore.Indignius ab inferiore atq; humiliore luctuoſum ẽ tradi
alteri cũ bonis.Luctuoſius inimico.Horribile ẽ cauſam capitis dicere.horribilius prio-
re loco dicere omnia circumſpexit quintius omnia periclitatus ẽ. IVNcta. Quæ per cõ
poſitionem.nouata de quibus ſuperius dictum ubi de ui oratoris ꝑcepta expoſuimus.
FACta.Quæ ex ſeſe inuenta de quibus item dictum. COGNominata. Vt ſi dicas p an-
tonomaſiam euerſorem carthaginis & ſcipionem des intelligi. INCOntinentibus ſo-
luta.Quæ per diſſolutum figuram proferuntur de quibus iam dictum etiam relata uer-
ba.Quintilianus de Ciceronis uerbis locutus relationem inquit quid accipi uelit non
liquet mihi:nam ſi apalagen aut epanodon aut metabolen dicit de omnibus locuti ſu-
mus. Quæ aſcendunt gradatim.Gradationem figuram dicit de qua diximus.NATV
ralis & non explanata oratio.Quæ ex naturali ſenſu animi proferri uideatur.non ĩ or-
namenta ambitioſa diffuſa.QVIDq; deceat.Vt ſeruemus τὸ πρέπον quod pq̃ diffici-
le eſt. MAXImeq; diffinitiones ualent conglobatæ.ſane diffinitionem.Plato ita diffi
nit.ὁρισμὸς ἐστί λόγος σύντομος δηλωτικὸς τῆς φύσεως του ὑποκαιμένου
πράγματος.ideſt diffinitio oratio breuis eſt quæ ſubiectæ rei naturam exprimit.Ari-
ſtoteles autem in topicis hoc modo ὁρισμὸς ἐστι λόγος ὁ τὸ τί ἦν αναῖ σημαινῶν
ideſt ut uerbum uerbo reddamus diffinitio eſt oratio quid erat eſſe ſignificans:ubi erat
pro eſt ponitur:ut ſæpe etiam porphirius & alii ponunt.non differt igitur a platonica
ſententia ariſtotelica quoq; diffinitio.hoc ergo dicit multe diffinitiones ad amplifican
dum in concluſione copulabuntur hoc eſt expreſſiones rerum de quibus iam dictum
ſupra ubi de finitiua quæſtione locos tradidimus ad argumenta eruenda. ET DIſſimi
litudines & exempla.Hoc eſt & ſimilitudines.Nam a ſimilibus exempla ducuntur. FI-
ctæ deniq; perſonæ.Quintilianus illa adhuc audaciora & maiorũ ut Cicero exiſtimat
latentium fictiones perſonarum quæ proſopopoeiæ dicuntur miræ:nã cum uariãt ora
tionem tum excitant his & aduerſariorum cogitationes uelut ſecum loquentium pro-
trahimus.qui tamen ita demum a fide nõ abhorret ſi eos locutos finxerimus qui cogi-
taſſe eos non ſit abſurdum & noſtros cum aliis ſermones & aliorum inter ſe credibili-
ter introducimus ſuadendo obiurgando:querendo:laudando:miſerãdo:perſonas ido-
neas damus:& quæ ſecuntur.nam pluribus hanc figuram proſequitur q̃ hic ſcribendũ
exiſtimarim.MVTæ denique loquatur.Nã ut Quintilianus inquit urbes etiã & populi
uocem accipiunt quemadmodum Cicero ipſe in catilinam inquit etenim ſi mecum pa
tria mea q̃ mihi uita mea multo eſt carior:ſi cuncta Italia:ſi oĩs res.pu.ſic loquat̃.M.T.
quid agis? & quæ ſecuntur. NATVra:Vt cæleſtia ut diutna nam ut inquit. Quinti. in
ꝓſopopœia quin deducere deos ĩ hoc gñe dicẽdi & ĩferos excitare licet: & q̃cũq; inqt
ĩducent̃ q̃ mõ ꝓdeſſe aut obeſſe hoĩbus poſſint ad mouẽdos audiẽtiũ affectus . ET IN
eos a qb⁹ ea uiolata ut Cicero in Catillinã inuectus facit.CITO enim areſcit lachryma
ĩ alienis malis.Ita ĩ rhetoricis cõmotis aũt inqt aĩs diutius ĩ conq̃ſtiõe morari nõ opor
tebit quẽadmodum enim dixit rhetor Apollonius lachryma nihil citius areſcit idque
eſt ibi ultimum de concluſione præceptum.NIMis enucleandum. Ne illud arguendi
acumẽ ipſi officiat amplificatiõi:quod ipe oſtẽdit minuta eſt oĩs diligentia hoc eſt ſi-
milis & deiecta.QVAE ad delectationem.Hoc eſt in demonſtratiuo genere.IN CO
HOrtationibus. Ideſt in deliberatiuo.IN IVdiciis.Iudiciali genere.ACCVSATOR
miſericordiam ut in pupillo compillato.ET DEFenſor iracundiam. A falſo & a peſſi-

mis accuſatum̃ ſe hominibus dicat. ET REO rarius utendum eſt. Raro contingit ut
reus enumeratione utatur quoniã contraria ab accuſatore ſibi referenda ſunt. QVO.
rum. Subaudi enumeratorum breuis ponatur diſſolutio:ſed aculei pugnẽt hoc ẽ acu
men ĩuentionis & reſpõſionis: ut quẽadmodũ aĩaliũ aculei in cutẽ figunť:ita uis argu
mẽtoꝝ aĩos audiẽtiũ pcellat:ac ſicut accuſator ipm̃ reũ multitudĩe:ita reus accuſatore
accumine urgeat & obtũdat.deniq; Cicero ĩ rhetoricis cõcluſionẽ in tres diuidit ptes
enumerationẽ indignationẽ:cõqueſtionẽ:& indignationẽ qdem qndecim:cõqueſtio
nem uero ſexdecim locis tractandã eẽ docet. Veꝝ enimuero qm̃ exemplis plerũq; ma
giſq̃ p̃ceptis cõmonemur:atq; erudimur exiſtĩo utriuſq; eminẽtiſſimi oratoris græci
alterius:& alterius latini exẽplis oſtendere.& quomõ enumerandũ:& quomõ amplifi
candũ ĩ poratione eſſe uideať. Amplificatiõis itaq; unicũ cũ multa ſint exẽplũ ſatis erit
p celio ciceronis q̃re obteſtor oroq; iudices ut qua ĩ ciuitate paucis dieb⁹ his ſextus clo
dius abſolut⁹ ſit quẽ p bienniũ:aut miniſtrũ ſeditionis:aut ducẽ uidiſtis:q ædes ſacras
q cenſum.p.Ro.q memoriã publicã ſuis manibus incẽdit hoĩem ſine re:ſine fide:ſine
ſpe:ſine ſede:ſine fortunis:ore:lingua:manu:uita omni inqnatũ: q catuli monumentũ
afflixit:meã domũ diruit mei fratris ĩcẽdit:q ĩ palatio atq; ĩ urbis oculis ſeruitia ad cæ
dẽ & ĩflãmãdã urbẽ incitauit ĩ ea ciuitate ne patiamini illũ abſolutũ muliebri g̃ra.M.
Celiũ libidini mulieris cõdonatũ ne eadẽ mulier cũ ſuo cõiuge & fr̃e turpiſſimũ latro
nẽ eripuiſſe & hõeſtiſſimũ adoleſcẽtẽ opp̃ſſiſſe uideať Dẽoſthenes uero de haloneſo.
καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τινὲς ἔφασαν γεγράφθαι· οἳ πολὺ ἂν δικαιότερον ὑφ' ὑμῶν ἢ Φί-
λιππος μισοῖντο· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἑαυτῷ κτώμενος καὶ δόξαν, καὶ μεγάλα ἀγαθὰ, πάντα καθ' ὑμ
πράττει. οὗτοι δὲ Ἀθηναῖοι ὄντες, μὴ τῇ πατρίδι, ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐνδείκνυνται, προσήκει
αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις,
ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένοι φορεῖτε. enumeratiõis aũt pulcherrimũ ẽ Ci
ceronis ſeptimiæ actiõis in uerrẽ cũ inqt nũc te o Iuppiter.op.max.cui⁹ iſte domũ re
gale dignũ tuo pulcherrĩo tẽplo.dignũ capitolio:atq; iſta arce oĩm nationũ dignũ re
gio tibi munere factũ ab regib⁹ tibi dicatũ atq; pmiſſũ pnefariũ ſcelus de regis manib⁹
extorſit cuiuſq; ſãctiſſimũ:& pulcherrimũ ſimulacrũ ſyracuſis ſuſtulit:teq; Iuno regina:
cui⁹ duo fana ĩ iſulis poſita:& tot⁹ ille locus:quẽ utpote paulo lõgiorẽ ãnotare ſup ſe
dim⁹ p̃ſerti cũ eo mõſtrato qlibet ſibi eũ poſſit uẽdicaȓ. Dẽoſthe. uero cõtra ariſtocratẽ
ὁ πρῶτος νόμος ἄντικρυς εἴρηκεν, ἄν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, τὴν βουλὴν δικάζειν· ὁ δὲ, ἄν τις ἀπο
κτείνῃ, εὐθὺς γέγραφεν ἀγώγιμον εἶναι. τοῦτο φυλάττετε, καὶ μέμνησθε ὅτι πάντων ἐναντιώ-
τατόν ἐστι τῷ κρίνειν τὸ μὴ διδόντα κρίσιν ἔκδοτον ποιεῖν· οὐκ ἐᾷ μετὰ ταῦτα ὁ δεύτερος νόμος οὐδὲ
τὸν ἑαλωκότα ἀνδροφόνον λυμαίνεσθαι, οὐδὲ χρήματα πράττεσθαι· ὁ δὲ, τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον,
πάντα ταῦτα δέδωκεν· ἐξεῖναι γὰρ τοῖς λαβοῦσι, ἔσται ποιεῖν ὅ,τι ἂν βούλωνται. ἀπάγειν ὁ νόμος
ὡς τοὺς θεσμοθέτας κελεύει· καὶ τοῦτ' κἂν ἐν τῇ τοῦ πεπονθότος λάβῃ τις πατρίδι· ὁ δ' ἀγώγι-
μον αὐτῷ τῷ τὴν αἰτίαν ἐπενηνοχότι δίδωσιν ὡς αὐτὸν, κἂν τῆς ἀλλοτρίας του λάβῃ, ἔστιν ἐφ'
οἷς ἀδικήμασι δέδωκεν ἀποκτείνειν ὁ νόμος· ὁ δ' οὐδὲν ὑπειπὼν, κἂν τὸ κύριος τις κτείνῃ, δίδωσιν
ἔκδοτον τὸν ἀθῷον ἀφειμένον ἐν τοῖς νόμοις· ἄν τις πάθῃ τι τοιοῦτον, δίκας ὁ νόμος κελεύει αἰτεῖν
πρῶτον. ὁ δὲ, τοὐναντίον οὐδεμίαν κρίσιν οὔτ' αὐτὸς εἰπὼν, ὅτι παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτή-
σας, ἀνώνυμον ἐποίησε· κἂν τις ἀφαιρῆται παραχρῆμα, ἔκσπονδον ποιεῖ τὸ ἀνδρολήψιον, τοὺς
οἷς ἂν ὁ δράσας ᾖ· ἂν δὲ μὴ διδῶσι, δίκας κελεύουσιν οἱ νόμοι μέχρι τριῶν εἶναι· ὁ δὲ, ἂν ἀφέληταί
τις τὸν ἄγοντα, μὴ βουλόμενος πρὸ δίκης ἐκδοῦναι, εὐθὺς ἔκσπονδον ποιεῖ, οὐκ ἐᾷ νόμον ἂν μὴ
τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τιθῇ τις εἰσφέρειν· ὁ δ' ἐπ' ἀνδρὶ γράφει ψήφισμα ἴδιον, οὐκ ἐᾷ ψήφισμα ὁ νό-
μος κυριώτερον εἶναι νόμου· ὁ δ' ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων, ψήφισμα ποιεῖ κύριον, τοὺς νόμους
ἀναιρῶν. ταῦτα φυλάττετε, καὶ μεμνημένοι κάθησθε. DVO ſunt ut initio dixi queſtionũ
genera. Duabus expoſitis libri partib⁹ & pinde generib⁹:qđ in ui oratoris ẽ:& qđ ĩ ora
tionis partib⁹. Tertiũ reſtat genus qđ in queſtiõe poſitũ eſt. Repetit ergo qđ a pricipio
dictũ eſt duo eſſe q̃ſtionũ genera Infinitũ unũ:finitũ alteꝝ. Itaq; infinitũ qđ propoſitũ
uocat in duo rurſus diuidit genera ſicut & in duob⁹ p̃terea aliis tradit locis in libro de
oratore:ac in Topicis.& qm̃ plurimũ:tã & ſi idẽ dicat ĩ libro de oratore differre uidea
tur nõ alienũ putamus eius hic uerba referre.ait itaq; oĩs igr̃ res eandẽ hẽt naturã am
bigẽdi de qua q̃ri & diſceptari põt:ſiue ĩ infinitis cõſultatiõib⁹ diſceptaȓ:ſiue ĩ his cauſis
q̃ ĩ ciuitate & ĩ forenſi diſceptatiõe uerſanť:neq; ẽ ulla q̃ nõ aut ad cognoſcendi:aut ad
agendi uim

agendi uim rationemq; referatur nam aut ĩpſa cognitio rei ſcientiaq; pquiritur ut uir
tus ſuam ne propter dignitaté:an propter fructus aliquos expetatur:aut agendi conſi-
lium exquiritur:ut ſit ne ſapienti capeſſenda reſpu.Cognitionis auté tres modi conie-
ctura:definitio:& ut ita dicam conſecutio nam quid in re ſit coniectura quærit:ut illud
ſit ne in humano genere ſapientia.Quá autem uim quæq; res habeat definitio expli-
cat:ut ſi quæratur quid ſit ſapientia.Conſecutio autem tractatur quom quicq̃ qd' ré ſe-
quatur anquiritur:ut illud ſit ne aliquando mentiri boni uiri:redeunt rurſus ad conie
cturam eamq; in quatuor genera diſpartiunt.nam aut quid ſit quærit hoc modo natu-
ra ne ſit ius inter hoíes:an opinionibus aut quæ ſit origo cuiuſq; rei:ut qd' ſit initium le
gum aut rerũpu.aut cauſæ tractatio:ut ſi quærat cur doctiſſimi homines de maximis
rebus diſſentiant:aut de ĩmutatione:ut ſi diſputet num interire uirtus in homine.aut nũ
in uitium poſſit conuerti:definitiones autem ſunt diſceptationes. ut cum quæritur qd
in cómuni mente quaſi impreſſum ſit ut ſi diſſeratur id ne ſit ius quod maxime parti ſit
utile.aut cum quid cuiuſq; ſit proprium exquiritur:ut ornate dicere propriũ ne ſit ora-
toris:an id etiam aliquis præterea poſſit aut cum res diſtribuitur in partes ut ſi quærat
quot ſint genera rerum expetẽdarum.aut ſint ne tria corporis animi externarumq; re
rum:aut cum quæ forma & quaſi naturalis nota cuiuſq; ſit deſcribitur ut ſi quærat aua
ri ſpecies:ſeditioſi:glorioſi.Conſecutionis autem duo prima queſtionum genera po-
nuntur:nam aut ſimplex eſt diſceptátio ut ſi diſſerat expetenda ne ſit gloria.aut ex cõ-
paratione laus.an diuitiæ magis expetendæ ſint : ſimplicium autem tres ſunt modi de
expetendis fugiendiſue rebus ut expetendi ne honores ſint num fugienda paupertas:
de æquo aut iniquo æquum ne ſit ulciſci iniurias etiam propinquorum . de honeſto.
aut turpi ut hoc ſit ne honeſtum gloriæ cauſa mortem obire. Comparationis aũt duo
ſunt modi unus cum idem ne ſit an aliquid interſit quærit:ut metuere:& uereri rex: &
tyránus ut aſſentator·& amicus.Alterꝛ cum quid præſtet aliud alii quærit:ut illud opti
me cuiuſq; ſapientes:an populari laude ducant atq; eæ quidem diſceptationes quæ ad
cognitionem referunt ſic fere a doctiſſimis hominibus deſcribunt. Quæ uero referun
tur ad agendum aut in officii diſceptatione uerſant quo in genere quid rectum faciẽ-
dumq; ſit quærit:cui loco omnis eſt uitioꝝ ſilua ſubiecta.aut in animoꝝ aliqua ꝑmo-
tione.aut gignenda.aut ſedanda tollendaue tractantur.huic generi ſubiectæ ſunt hor-
tationes.obiurgationes:conſolationes.miſerationes omniſq; ad omnem animi motũ
& impulſio.& ſi ita res fert mitigatio. VT Veri ne ſint ſenſus.Nam a philoſophis quæ
ſitum eſt.εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις καὶ αἱ φαντασίαι. Stoici itaque aiunt: τὰς μὲν
αἰσθήσεις ἀληθεῖς τῶν δὲ φαντασιῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς τὰς δὲ ψευδεῖς καὶ
ἡ μὲν αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται τὰ κατὰ τὰ νοητὰ ἡ δὲ φαντασία δι-
χῶς καὶ γὰρ αἰσθητῶν ἐστι φαντασία καὶ νοητῶν.QVIb⁹ officiis amicitia coléda
ſit. Vt an ꝑpter amicos ab honeſtate aliquádo declinandum ſit:qđ Aulus gelius quoq;
querit & a plurimis quæſitum fuiſſe oſtendit. Vt IVS in natura ſit:an in more. An ius
naturale dici poſſit:an in conſuetudine collocatum.ſane ut Vlpianus inquit ius aliud
publicum aliud priuatum.Publicum ius eſt quod ad ſtatum rei romanæ ſpectat.priua
tum qđ ad ſingulorum utilitatem pertinet.Publicum ius in ſacris & ſacerdotibus & ma
giſtratibus conſiſtit.Priuatum ius tripartium eſt collectum & enim ex naturalibus p̃-
ceptis:aut gentium:aut ciuilibus.Ius naturale eſt quod natura docuit omnía animan
tia.Nam ius iſtud non ſolum humani generis proprium eſt.ſed omnium animalium
quæ in terra: uel in mari naſcuntur:auiumq; commune eſt. Ius gentium eſt quo gen-
tes humanæ utuntur: quod a naturali recedere facile licet intelligere ueluti ut inquit
Pomponius libro ſexto erga dñm religio ut parẽtib⁹ & patriæ pareamus:ac ut hermo-
lanus libro prio inqt ex hoc iure gentiũ ĩtroducta bella ſunt diſcretæ gẽtes.regna con
dita:Dominia diſticta.agris termini poſiti & ædificia collata:cõmertium emptiões:uẽ-
ditiones locatiões cõductiões obligatiões iſtitutæ.Ius ciuile inqt Vlpianus libro prio
inſtitutionũ é qđ neq; in totũ a naturali:uel gentiũ recedit:nec p oía ei ſeruit: itaq; cũ
aliqđ addimus:uel detrahimus iuri cõmuni ius ꝑpriũ.i.ciuile efficimus.Papinianus aũt
libro ſecũdo digeſtorũ ius ciuile inqt é qđ eſt ex legibus plebeſcitis ſenatus conſultis
decretis:placitis principũ:autoritate prudẽtiũ uenit.Ius p̃toriũ eſt qđ p̃tores itroduxe
runt adiuuãdi uel ſupplendi uel corrigẽdi iuris ciuilis gr̃a pp utilitaté publicã qđ &

honorarium dicitur ab honore ꝑtorū ſic nominatū. QVEMadmodū in pauptate ui
uendū. An cōtentū eſſe oporteat ea cōditione: an q̄rendū quo mō poſſis ipſam deuita
re. RVRSVS aūt ex cognitiōis cōſultationibus. Primū genus q̄ſtionū qd̄ in cogni
tione uerſaſ hic trifariā diuidit: in topicis aūt in quattuor partes cōiecturæ ingens ratio
in quattuor partes diſtributa eſt quarū una ē cū q̄riſ ſit ne aliqd. Altera unde ortum ſit.
Tertia quæ id cā effecerit. Quartū qua demutatiōe rei quæriſ. ET qs nā pfecte ſapiens
eſſe poſſit. quoniā ſolus eſt deus ſapiēs. QVO nā pacto uirtus pariaſ. Natura ne: an
ratione an uſu. Nā ſunt q dicāt naturalē eſſe quæ ſi ita ſit oēs utiq; hoies cū ab eadē ui
naturæ orianſ uirtutē habebūt. Itē qd̄ a natura eſt laudabile nō eſt: qm̄ mutari nō pōt
nō igitur uirtus erit laudabilis: atq mutari pōt ſicut & uitiū nō ergo a natura ſunt: qui
apud platonē dicant eam diuino cōceſſu traditā hominibus. ſunt tñ etiā uirtutes natu
rales: ſed illæ nō morales dicunſ ut appetendi eſcā cōquoquendi & id genus aliæ. Alii
porro uirtutes morales in ratione eſſe collocatas ꝑtulerūt. Quoniā cū prudētia in rōne
poſita ſit: & a prudētia oēs morales uirtutes diriganſ ipſas in rōne poſitas eſſe duxerūt
qd̄ tñ nō ſeqtur. Nā tā ex affectibus q a parte oriunſ irrationali: q̄ ab ipſa ꝑficiſcunſ pru
dentia quæ de ratione manat. Alii porro per ipſum hoc eſt aſſuetudinē fieri uirtutes pu
tauerūt quod frequentes actus habitus faciant. NATVRAlibuſq; q̄ſtiōibus. q ſunt in
naturali philoſophia. ILLIVS aūt generis ī quo qd ſit id de quo agitur q̄riſ duo ſunt
genera. In topicis uero aliquāto ſecus dicit: qd̄ ī tñ idē recidere uideſ ait. n. cū aūt quid
ſit q̄ritur notio explicāda eſt & ꝑprietas: & diuiſio & partitio. hæc. n. ſunt diffinitioni
attributa. addiſ etiā deſcriptio. Vt ptinatia & perſeuerātia. Varro de lingua latina ad
Ciceronē a qua re ſit inqt ptinatia conſequitur oſtendiſ eſſe a ptendendo in qua re ſit
impoſitū diciſ cū demonſtraſ in quo nō debet ptendi: & ptendit pertinatiā eſſe. quod
in quo oportet manere ſi in eo perſtat pſeuerantia ſit. TERTIO aūt in genere. In topi
cis aūt aliter hunc locū tradit inqt namq; cū aūt q̄ritur quale qd ſit. aut ſimpliciter q̄riſ
aut cōpate. ſimpliciter expetenda ne ſit gloria cōparate ꝑponenda ne ſit diuitiis gloria
ſimplicium tria genera ſunt: de expetendo fugiendoq; de æquo & iniquo. de honeſto
& turpi. cōparationū aūt duo. Vnū de eodē & alio. Alterū de maiore & minore. RE
STAT actionis locus. qui ad uirtutem & uitium totus refertur. QVOD ad rationē
officii pertinet. ut totus ciceronis officiorum liber eſt. ALTERVM ad ſedandos ani
mos. ut cum conſolamur ut ipſe in quæſtionibus tuſculanis facit Cicero & præterea
plærūq; in orationibus: qui proprie locus eſt concluſionis cum aliquid amplificamus
indignationem cōmouemus: aut in conqueſtionem deſcendimus. COLLOCANDI
autem. quæ eſt expoſita in aliis: quam tradidimus ſupra ubi de motu & pariter de col
locatione locuti ſumus. PROPOſitarum conſultationum. quæſtionum quæ ſub the
ſi continentur: CONtrouerſiarum. ideſt cauſarum quæ ſub hypotheſi definitaq; q̄ſtio
ne ſunt. CAVSArum genera reſtant admodum: Prorſus ſuperſunt tractanda tria cau
ſarum genera demoſtratiuum deliberatiuum: iudiciale. DELECTAtionem ſectaſ au
rium demonſtratiuū genus dicit. ALTERA ut obtineat probet & efficiat quod agit:
quæ eſt deliberatiui & iudicialis generis. LATVM genus eſſe poteſt multifarie. Lau
dando ac uituperando. SANEq; uarium. ideſt admodum multiplex. VNVM ex eō
delegimus quod ad laudandos claros uiros ſuſcepimus: & ad improbos uituperandos
Genus enim nullum eſt orationis quod aut huberius ad dicendum. aut utilius ciuitati
bus eē poſſit. Quītilianus i huius gn̄is tractādi exordio potiſſimū icipiā iqt ab ea quæ
cōſtat laude ac uituperatione: quod genus uidetur Ariſtoteles atq; eum ſecutus Theo
phraſtus a parte negociali hoc eſt πραγματικη remouiſſe: totamq; ad ſolos auditores
relegaſſe & id eius nominis quod ab oſtentatione dicitur proprium eſt: ſed mos roma
nus etiam negociis hoc munus inſeruit nam & funebres laudationes pendent frequen
ter ex aliquo publico officio: atq; ex ſenatus conſulto magiſtratibus ſæpe mandanſ: &
laudare teſtem uel cōtra pertinet ad momentū iudiciorū: & ipſis etiā reis dare laudato
res licet & editi incōpetitores in. L. Piſonē: in Clodiū: & curionē libri uitupationē cōti
nent & tñ i ſenatu loco ſentētiæ habiti ſunt. RELIquū aūt genus cauſarū. Ideſt reliq
ꝗ duo genera q̄ unū ſepatū a ſupiore genus facere uidenſ q̄tenus illd̄ i delectatiōe poſitū
n hoc autē aliqd ut ſupra dictum aliquid ſtatuit auditor. QVAE nō ad bñdicēdum
ſolū. quoniā quæritur delectatio. SED etiam ad honeſte uiuendum. qm̄ laudatur &

uituperatur. ALTErius. Hoc eſt laudationis finis eſt honeſtas. ALTErius. Ideſt uituperationis finis eſt turpitudo. SINE ullis argumentationibus. Itaq; & Quintil. manifeſtū que eſt inquit errare eos qui nunq̃ oratorē dicturū niſi de re dubia putauerunt: an laudes capitolini Iouis perpetuæ ſacri certaminis materiæ uel dubiæ ſunt? uel non oratorio genere tractantur? ut deſiderat autem laus quæ negotiis adhibetur probationem ſic etiam illa quæ oſtentationi componitur habet interim aliquam ſpeciem probationis. ergo locus hic intelligendus Ciceronis eſt ſine ullis argumentationibus acribus acutis: uehementibus: ut ſunt aliorum generum ut tamen ſcias ſpeciem argumentationum in hoc quoque genere aliquam adhibendam. SINGVlorum uerborum inſignibus. Ideſt tropis & ſchematis: quæ orationem comunt poliuntque & eis quæ ſupra ipſe commemorauit. FACTIS uerbis. Ideſt nouatis. AVT VETVſtis. Non tamen nimium ab uſu remotis: ut ſupra diximus: quæ ſequuntur omnia iam dicta ſunt ubi de elocutione locuti ſumus. NON VD ſimilitudinem uerſuum. Admonuimus namq; in uerſum clauſulam concludere uitioſum eſſe. AD EXPlendum aurium ſenſum ut tantum periodus extendatur: ut uno ſpiritu poſſit enunciari: nec breuius contrahatur: q̃ poſſit ipſe ſpiritus protrahere: ac ut pedibus iam dictis ambitus ille concludatur. QVASI quodam uerborum modo. Ideſt modulatu. ORNAmenta rerū. Ideſt figuræ ſententiarū: SIVE quæ admirabilia. Cum ea dicimus quæ mirentur auditores. MONſtris. Cum quid naſcitur inſolitum: ut ſi mula pariat. PRODIgiis. Vt cū arma in cælo ſplenduiſſe aut crepuiſſe dicuntur. ORACulis. quæ Apollo aut alius dæmon: aut ſanctus etiam uir prophetatus fuerit. DIVINA atque fatalia. Quæ diuinitus & fato quodam proueniſſe uideantur. hoc eſt quod neceſſario futurū uideretur. SED quoniam tribus. In generibus omnia ſiquidē bona malaue aut animi aut corporis aut externa ſunt. animi ut ſcientiæ arteſq; omnes ac morales uirtutes: corporis ut forma robur bona ualetudo. Externa gloria amplitudo amicicia: quæ omnia ſuas habent ſpecies: ſed quæ neceſſariæ ſunt eas Cicero attingit. QVAE dicūtur a genere. Ideſt q̃ ſibi nomē uēdicāt a maioribus: qui excellentes fuerint aut ſi uituperamus qui obſcuri: aut ī fames. BREVIter modiceq;. Laudato. ut ī laudādi genere ne nimii ſimus ſed paucis attingamus. SI ERIT infame. Prætermiſſo ſi infamiæ nota inſignitum ſit dum reliqua laudamus ipſum genus prætermittamus. VEL SI humile ſi ignobile præteribimus inquit aut augendo gloriam eius: quem laudemus quantum illuſtrauerit ipſum ſignificabimus. DE FORtuniis. Quæ feliciter geſſit & quas opes iuſte: ac pie fortiterue ſibi cumulauerit dicemus. FACIllime forma laudatur. Quod quædam in ea uideatur ſpirare diuinitas: cultuſq; animi: ſicut e diuerſo deformitas incompoſitos immaneſq; mores ſignificare uideatur. TEMPorum ſeruandus ordo eſt. quia narratur hiſtoria. AVT imprimis recentiſſimum quodq; dicendum. Quoniam facilius perſuademus. IMPRopriæ uirtutū genera. Quæ ad prudētiā q̃ ad fortitudinē q̃ ad iuſticiā cæteraſq; uirtutes ptinere uidebunt: quod pro lege manilia de Pompeii imperio ipſe facit Cicero. SED HIC uirtutum atq; uitiorum. ſenſus eſt longe lateq; de uirtutibus: ac uitiis hoc loco poſſemus utiq; diſputare ſed cum non philoſophiam doceamus: uerum oratorem quid ſit in laude uituperationeq; tenendum admoneamus ſatis eſſe ducimus ſi anguſte breuiterq; omnia attingamus. AVT enim ſcientia cernitur uirtus. Ideſt quæ ſcientiam parit ab Ariſtotele διανοητικὴ appellata: unde & omnis ſcientia arſq; oritur. AVT actiōe. Quoniam uirtutes morales omnes in actione ſunt: ſiquidē ut Ariſtoleles Ptolomeus Theonq; tradunt: aut homo inſpector: aut agens eſt. Inſpicit quidem aut Theologica: aut mathematica: aut phyſica. Agirur uero in moralibus uirtutibus iuſte: fortiter temperate: atque in cæteris eodem modo. QVAE Prudentia: Hæc ut inquit Ariſtoteles ſapientiæ ſeruit cum omnibus affectibus moderatur. ita enim in ethicis inquit magnis ἀλλ' ἴσως ἔχει ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ ὁ ἐπίτροπος. οὗτος γὰρ πάντων κύριος, καὶ πάντα διοικεῖ. ἀλλ' οὔπω οὗτος ἄρχει πάντων, ἀλλὰ παρασκευάζει τῷ δεσπότῃ σχολὴν, ὅπως ἂν ἐκεῖνος μὴ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων, ἐκλύηται τοῦ, τῶν καλῶν τι καὶ προσηκόντων πράττειν. οὕτω καὶ ὁμοίως τούτῳ ἡ φρόνησις ὥσπερ ἐπίτροπός τις ἐστὶ τῆς σοφίας, καὶ παρασκευάζει ταύτῃ σχολὴν, καὶ τὸ ποιεῖν τὸ αὐτῆς ἔργον κατέχουσα τὰ πάθη, καὶ ταῦτα σωφρονίζουσα. QVAE Calliditas.

Cicero de natura deorum uerſutos inquit eos appello quorũ mens celeriter uerſatur. Callidos autem quorum tanq̃ manus operæ:ſic animus uſu cõcalluit. Q V AEq; grauiſſimo noïe ſapiẽtia appellat̃. Cũ ſit ſapientia rerum diuinarum humanarũq; ſcientia. Q V AE iure moderãdis cupiditatibus qd' prudẽtiæ ut diximus ẽ munus. PRVDEntia in ſuis rebus domeſtica:quam œconomicam dicimus. IN PVBLIcis. Ciuilis appellari ſolet pollitica a græcis nominat̃. TEMPErantia aũt. Ariſtoteles aũt σωφροσύνης δέ inqt ἐστι τὸ μὴ θαυμάζειν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ εἶναι πάσης ἀπολαυστικῆς αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀνόρεκτον· καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὴν δικαίαν ἄδειαν, καὶ τὸ τάχθαι περὶ τὸν βίον ὁμοίως ἔν τε μικροῖς καὶ μεγάλοις. παρέπεται δὲ τῇ σωφροσύνῃ, εὐταξία· κοσμιότης· αἰδώς· εὐλάβεια. Nam quæ uenientibus malis obſtat fortitudo. de fortitudine inquit Ariſtoteles. ἀνδρίας δέ ἐστι, τὸ δυσέκπληκτον ὑπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσεῖν ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ τὸ εὔτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους. καὶ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι. καὶ τὸ νίκης αἴτιον εἶναι. ἔτι δὲ ἀνδρίας, καὶ τὸ πονεῖν, καρτερεῖν, αἱρεῖσθαι, καὶ δύνασθαι. παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρίᾳ καὶ ἡ εὐτολμία, καὶ ἡ εὐψυχία, καὶ τὸ θάρσος, · ἔτι δὲ, ἥ τε φιλοπονία, καὶ ἡ καρτερία. Magnitudo animi dicitur. Ariſtoteles μεγαλοψυχίας δέ inquit ἐστι τὸ, καλῶς ἐνεγκεῖν καὶ εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν· καὶ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν. καὶ τὸ, μὴ θαυμάζειν μήτε τρυφὰς, μήτε θεραπείαν, μήτε ἐξουσίαν, μήτε τὰς νίκας τὰς ἐναγωνίους· ἔχειν δέ τι βάθος τῆς ψυχῆς, καὶ μέγεθος. ἔστι δὲ μεγαλόψυχος, οὔθ' ὁ τὸ ζῆν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, οὐδ' ὁ φιλόζωος, ἁπλοῦς δὲ τῷ ἤθει, καὶ γενναῖος. ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, καὶ οὐ τιμωρητικός. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἁπλότης, καὶ ἀλήθεια. Cuius eſt liberalitas in uſu pecuniæ. de liberalitate inquit Ariſtoteles ἐλευθεριότης δέ ἐστι προαιρετικὸν εἶναι χρημάτων εἰς τὰ ἐπαινετὰ, τὸ δαψιλέα εἶναι εἰς δέοντι ἀναλωθῆναι. τὸ βοηθητικὸν εἶναι ἐν τῷ διαφόρῳ, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν μὴ δεῖ. ἔστι δὲ ὁ ἐλευθέριος, καὶ περὶ ἐσθῆτα καθάριος, καὶ περὶ οἴκησιν, καὶ κατασκευαστικὸς τῶν περιττῶν καλῶν καὶ διαγωγὴν ἐχόντων ἡδεῖαν, ἄνευ τοῦ λυσιτελοῦντος. καὶ θρεπτικὸς τῶν ζώων, τῶν ἴδιόν τι ἐχόντων, ἢ θαυμαστόν. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἐλευθεριότητι τοῦ ἤθους, ὑγρότης, καὶ εὐαγωγία, καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὸ, εἶναι ἐλεητικὸν, καὶ φιλόφιλον, καὶ φιλόξενον, καὶ φιλόκαλον. In cõmune autem quæ poſita pars eſt iuſtitia dicitur. de iuſtitia quoq; egregie Ariſtoteles inquit δικαιοσύνης δέ ἐστι τὸ διανεμητικὸν εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν τὸ σώζειν τὰ πάτρια ἔθη, καὶ τὰ νόμιμα· τὸ σώζειν τοὺς γεγραμμένους νόμους. τὸ ἀληθεύειν ἐν τῷ διαφέροντι. τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας. ἔστι δὲ πρώτη τῶν δικαιοσυνῶν πρὸς τὸν θεόν. εἶτα πρὸς πατρίδα, καὶ γονῆας· εἶτα πρὸς τοὺς κατοιχομένους, ἐν οἷς ἐστι καὶ εὐσέβεια. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότης, καὶ ἀλήθεια, καὶ πίστις, καὶ ἡ μισοπονηρία. In moderatione aïaduertendi .ideſt ulciſcendi lenitas. de qua Ariſtoteles πραότης δέ ἐστι τὸ δύνασθαι φέρειν μέτρια ἐγκλήματα, καὶ ὀλιγωρίας μετρίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὁρμᾶν ἐπὶ τὰς τιμωρίας, καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργάς· ἄπικρον δὲ τῷ ἤθει, καὶ ἀφιλόνεικον· ἔχοντα τὸ ἠρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ στάσιμον. SVNT alie quaſi miniſtræ comiteſq; ſapientiæ. Ideſt philoſophiæ quæ ſapientia primo dicta. poſtea a Pythagora philoſophiæ nomẽ ſibi uẽdicauit. Q VArum altera quæ ſint in diſputãdo uera atq; falſa. dialecticã ideſt artẽ differẽdi dicit:cui hæc attribuunt̃ oïa. ALTEra aũt oratoria:quæ græco noïe rhetorica noïatur. hæc eadẽ ꝓpe quæ & dialectica ꝓſequit̃:niſi qd' preſſius dialectica. eloquẽtia copioſius oïa tractat. motuſq; animi diſputatiõi adiũgit. ATq; ii ſunt quidẽ fere quaſi quidã habitus utpote uirtutes & in actione uerſati. SVNT aũt alii quidam perfecti animi habitus ad uirtutem quaſi preculti. Qui propter uirtutem amplectendam nos premuniunt exornantq;. STVdia litterarum. Quæ græco uocabulo grãmatices nomen adepta ſunt. VT NVmerorum ac ſonorum: Vt menſuræ:ut ſiderum. hoc eſt mathematicæ omnes diſciplinæ:quarum dux Arithmetica eſt: quod ut oſtendã Nicomachi:& nihil amplius uerba apponã:q in primo arithmetices inquit. ὅσης μὲν γεωμετρίας, ἀνάγκη καὶ ἀριθμητικὴν ἐπιφέρεσθαι· ἅμα γὰρ τρίγωνον, ἢ τετράγωνον, ἢ ὀκτάεδρον, ἢ εἰκοσάεδρον, ἢ διπλάσιον, ἢ τριπλάσιον, ἢ ὀκταπλάσιον, ἢ ἡμιόλιον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ὧν γεωμετρία λέγει, καὶ οὐκ ἄνευ τῶν ἐν ἑκάστῳ ἐπιφαινομένων ἀριθμῶν ἐπινοεῖσθαι ταῦτα δύναται· πῶς γὰρ οἷόν τε τριπλάσιόν τι εἶναι λέγεσθαι, μὴ ὑποκειμένου τοῦ τρία ἀριθμοῦ· ἢ ὀκταπλάσιον, μὴ τοῦ ὀκτώ. ἔμπαλιν δὲ, τὰ τρία εἴη ἄν, καὶ τὰ τέσσαρα, καὶ τὰ ἑξῆς, μὴ ὄντων ὁμωνύμων σχημάτων. συναναιρεῖ ἄρα ἡ ἀριθμητικὴ τὴν γεωμετρίαν· ἀλλ' οὐ συναναιρεῖται ὑπ' αὐτῆς. καὶ συνεπιφέρεται μὲν ὑπ' ἐκείνης, οὐ συνεπιφέρει δὲ αὐτήν. πάλιν δὲ ἐπὶ τῆς μουσικῆς οὐ μό

νον γοῦν ὅτι προγενέστερον τὸ καθ' αὑτὸ τοῦ πρὸς ἕτερον, καθάπερ ὅτι καὶ αἱ μουσικαὶ συμφωνίαι διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, κατ' ἀριθμὸν εἰσὶν ὠνομασμέναι. ὁμοίως καὶ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους ἀριθμητικοὺς πάντως ἔχουσιν. ἡ μὲν διὰ τεσσάρων, ἐπίτριτον. ἡ δὲ διὰ πέντε, ἡμιόλιον. ἡ δὲ διὰ πασῶν, διπλάσιον. τριπλάσιον δὲ ἡ διὰ πασῶν ἅμα, καὶ διὰ πέντε. τετραπλάσιον δέ, ἡ τελειότης, ἡ δὶς διὰ πασῶν. ἐκδηλότερον γε μὴν ἡ σφαιρικὴ διὰ ἀριθμητικῆς τυγχάνει ἐκπολύντων τῶν προσηκόντων αὐτῇ σκεμμάτων. οὐ μόνον ἐπειδὴ μετὰ γένεσιν ἀστέρα γεωμετρίας ἐστι, καὶ γοῦν κίνησις, φύσει μὲν τὴν μόνην, οὐ δὲ ὅτι ἁρμονίας ἐμμελοῦς ἐκ παντὸς τὰ τῶν ἀστέρων κινήματα τέτευχεν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀριθμῶν περιόδοις καὶ ποσότησιν, ἀνατολαί τε, καὶ δύσεις, καὶ προποδισμοί, καὶ ἀναποδισμοί, καὶ ἐπιπροσθήσεις, καὶ φάσεις παντοῖαι διαρθροῦνται. VT NVmerorum. Hoc eſt. Arithmetices. AC SOnorum Hoc eſt muſices. VT MEnſuræ. Id eſt geometriæ. VT Siderum. Ideſt Aſtrologiæ. PROpenſiora ſtudia. Hoc ē in quibus ſciētiis magis ſe exerceat: quē laudemꝰ. AVT DIuinis rebꝰ deſeruiēdo. Operā dādo religioni. VITioꝝ aūt. Poſteaq̃ uirtutes oēs. amplexus ē: eaꝝ nūc ad uitupationis materiā ſuggerit cōtraria. NAm & prudētiā malicia. Prudētiæ cōtraria enumerās Ariſto. inqt. ἀφροσύνης δέ ἐστι τὸ κρίνειν κακῶς τὰ πράγματα. τὸ βουλεύσασθαι κακῶς. τὸ ὁμιλῆσαι κακῶς. τὸ χρήσασθαι κακῶς τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς. τὸ ψευδῶς δοξάζειν περὶ τῶν εἰς τὸν βίον καλῶν, καὶ ἀγαθῶν. παρακολουθεῖ δὲ τῇ ἀφροσύνῃ, ἀμαθία· ἀπειρία· ἀκρασία. ἐπαριστερότης· ἀμνημοσύνη· ET TEmperantiam immanitas. Hoc dicit ſunt qui dum temperantes uideri uolunt ac uoluptates aſpernari immanes fiant truces immites. ET MAGnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis. Hoc eſt alii dum magnanimi uideri uolūt dū animos extollunt elati nimiū aīo ſupbi & ītollerabiles fiunt qd' ſane genus hoīnū odit deus: quare & Auguſtinꝰ ī pſalmo qnquageſimo octauo. dauid illud ē uitiū inqt capitale qd' cū qs bene ꝓfecerit ſupbia temptat̃ ut pdat totū qd' ꝓfecit. Dēiq; oīa uitia in malefactis timēda ſunt ſupbia in bn̄factis plus metuēda ē. ET DEſpiciētia ī cōtemnendis honoribus. ſunt enim qui dū honores cōtemnere uideātur & minime ambitioſi uideri uolūt in aliud maius uitiū deuoluūtur dū omnes homines cōtemnūt. ET LIberalitatem effuſio. Alii dū liberales eſſe cupiūt effuſi ſunt & prodigi. ET FORtitudinem audacia imitatur. Alii exiſtimant ſe fortes uiſum iri ſi audaces extiterint. ET PAtientiam duricia inanis pati debemus. AVT propter honeſtam rem nobis comparandam: aut utilē: aut deniq; iucundā. at cū nihil horum ſubeſt inanis & irrita ſtultaq; eſt huiuſmodi patiētia. IVſticiā acerbitas. Alii dū nimiū ad unguē iuſti eſſe uideri cupiunt: agreſtes: duri: barbariq; efficiunt̃. inde ut inquit Cicero ſummū uis ſumma iniuria factū iā tritū ſermone prouerbiū eſt. ET REligionē ſupſticio. Seruius ſulpitius relligionē eē dictā tradit quæ pp ſanctitatē aliquā remota ac ſepoſita a nobis ſit quaſi a relinquendo dicta: ut a carendo cærimonia. Lactantius autem in quarto. nimirū inquit religio ueri cultus eſt. ſuperſtitio falſi. ſuperſtitioſi aūt uocātur nō q filios ſupſtites optā omnes enim optamus. ſed aut hi q ſupſtitē memoriā defunctoꝝ colūt: aut q parentibꝰ ſuis ſupſtitibus colebāt imagines: eoꝝ domi tanq̃ deos penates. nā q nouos ſibi ritus aſſumebāt: ut in deoꝝ uice mortuos honorarēt quos ex hoībus in cælū receptos putabāt: hos ſupſtitioſos uocabāt: eos uero q publicos & antiquos deos colerēt religioſos noiabāt: un̄ Virgilius uana ſupſtitio ueterūq; ignara deoꝝ. Idē quoq; Lactātius rurſus de religiōe locutꝰ hāc ſequamur inqt hoc uīculo pietatis obſtricti deo & religati ſimus unde ipſa religio nomē accepit nō ut Cicero interp̄tatus ē a relegēdo q ī libro de natura deoꝝ ſecūdo ita dicit. nō enim philoſophi ſolū: uerū etiā maiores noſtri ſupſtitionē a religione ſperauerūt nā qui totos dies p̄cabant̃ & īmolabāt ut ſui ſibi filii ſupſtites eſſent ſupſtitioſi ſunt appellati: q aūt oīa quæ ad cultū deoꝝ ptinēt retractarēt & tanq̃ relegerēt hi ſunt dicti religioſi a relegēdo tanq̃ ex legēdo legētes & diligedo diligētes. his. n. uerbis oībus ineſt uis legēdi eadē quæ in religioſo ita factū eſt ut ī ſupſtitioſo & religioſo. Alteꝝ uitii nomē Alterū laudis. LENItatem molicies animi. ut qui lenis haberi uult plerūq; nimiū remoleſcat. ET VErecundiam timiditas. Vt qui uerecūdi ſint in proximū uitiū delabunt̃ timiditatem. ET ILlam diſputādi prudentiam cōcertatio captatioq; uerboꝝ. hoc eē qui dialectici eſſe uolūt ſophiſtæ ſint: & captiūculis ſermoanes aucupent̃: & illi rei ſoli ſtudeant. ET Hanc oratoriā uim. Hoc eſt ſit etiā ut qui oratores uideri cupiant inani uerborum tinnitu & loquaci utantur. ac inutili oratione.

STVDiis autem bonis ſimilia uidentur ea.quæ ſunt in eodem genere nimia. In omni
inquit ſtudio qcquid eſt nimiũ carpi pōt.Q VEmadmodũ qſq; generatus.quales parẽ
tes habuerit.Q VEMadmodum educatus.Moliter ac delicate an contra. Q VEmad.
modum inſtitutus.Quibuſcũ uerſatus ſit peritis ne:an imperitis:quales mores habue.
rit & ſi quid diuinitus ei apparuerit. AD EA quæ propoſita ſunt. Vt ſi iuſte ſi fortiter:
ſi argute:ſi facunde:dixerit feceritq; quidpiam:id illis ipſis uirtutibus adiungatur de q
bus illum laudantes locuti ſimus. NEq; uero mors.Hoc dicit ſi quid nobile in morte
euenerit ne id quidem ſilentio prætereundum eſt: uel quod mortem conſtantiſſime
tulerit:& ſi quid poſt mortem ipſam laudabile acciderit obliterandum ſilentio nõ eſt.
EST IGItur in deliberando finis utilitas.traditis in demonſtratiuo genere præceptis
nũc iam deliberatiui generis præcepta explicat:eiuſq; finem facit utilitatem:a quo pla,
ne diſſentit Quintilianus inquiens deliberatiuas quoq; miror a quibuſdam ſola utili,
tate finitas.ac ſi quid in his unum ſequi oporteret potior fuiſſet apud me Ciceronis ſen
tentia:qui hoc materiæ genus dignitate maxime contineri putat:nec dubito quin ii ſi
qui ſunt in illa priori ſententia ſecundum opinionem pulcherrimam ne utile quidem
niſi quod honeſtum eſſet exiſtimarint & hæc eſt ratio ueriſſima ſi conſilium contingat
ſemper bonorum atq; ſapientium:Verum apud imperitos apud quos dicenda frequen
ter ſententia eſt populũq; præcipue:qui ex pluribus cõſtat ĩdoctis diſcernẽda ſunt hæc
& ſecundum magis cõmunes intellectus loquendũ.Cicero tamen ut hic ita in topicis
finem facit utilitatem.VT ILla prima ſint ſuaſori aut diſſuaſori uidenda.Q uid aut poſ
ſit fieri:aut non poſſit.Quintilianus autem. quare in ſuadendo inquit & diſſuadendo.
tria primum ſpectanda erunt.qui ſunt qui deliberent: quis ſit qui ſuadeat rem de qua
deliberatur: aut certum eſt poſſe fieri:aut incertum. ſi incertum hæc erit quæſtio ſola
ac potẽtiſſima.ſæpe enim accidet ut prius dicamus ſi poſſit qdem fieri eſſe faciendum:
deinde fieri non poſſe:cum autem de hoc queritur coniectura eſt an iſthmos interci,
di an ſecari palus pontina:an portus fieri hoſtiæ poſſit. An Alexander terras ultra ocea
num ſit inuentus:ſed in his quoq; quæ cõſtabit poſſe fieri cõiectura aliquãdo erit: ut ſi
queratur an utiq; futuꝝ ſit ut carthaginẽ ſuperent romani:ut redeat Annibal.ſi ſcipio ĩ
africam exercitum trãſtulerit:ut ſeruent fidem ſamnites ſi romani arma depoſuerint:
quædam & fieri poſſe & futura eſſe credibile eſt.& paulo poſt poſſibile fas iuſtum piũ:
æquum:manſuetum:quæ honeſtati ſubiiciuntur.an ſit autem facile magnum iucundũ
ſine periculo ad quæſtionem pertinet utilitatis:qui loci oriuntur ex cõtradictiõe ẽ qui
dem utile:ſed difficile paruũ iniucundũ piculoſum:tũ qbuſdã uideť eẽ nõnunq̃ deiu,
cunditate ſola cõſultatio:ut ſi de ædificãdo theatro inſtituẽdis ludis deliberet.ITAq;
cũ cõſtet hoc genus cauſaꝝ:ex ſuaſiõe & diſſuaſiõe.Genus cauſaꝝ ſubaudi difficile atq;
neceſſariũ.SIC SVaſor utrũq; dicẽdũ eſt.Subaudi & utile eſſe & fieri poſſe.DISSVaſo
ri.Si alterũ infirmat ſat eſt.ut aut inutile eſſe aut fieri non poſſe dicat. Q VAE ſunt ſita
in officiis.Eſt autem ut in tertio de finibus bonorum & malorum. Cicero inquit offi,
cium quod ita factun eſt ut eius facti probabilis ratio reddi poſſit. ATq; uirtutibus.
Eſt autem uirtus inquit Ariſtoteles μεσοτης τῶν παθῶν.Plato aũt ἀρετὴ inqt διάθε
σις ἡ μετὰ εἰς θυὴ του ξοσυ καθ αὐτὴν επαινετὴ εξις καθὴν το ἔχον ἀγαθὸν λε,
γεται. Q VAE ſunt laudabilia ipſa p ſe nã ut Ariſtoteles docet ĩ ethicis ĩ aĩa eẽ dicũť
bona alia honorabilia alia laudabilia.honorabilia qdẽ ut memoria cõſiliũ.iudiciũ.ige
niũ intelligẽtia & hmõi alia unde artes ſciẽtiæq; ſcaturiunt. Laudabilia aũt ut uirtutes
ſunt morales oẽs. VALEtudo. Q uæ tamẽ uocabuli ſignificatiõe anceps eſt. Q VAE
ſint cõtraria.Et perinde uituperanda.Q VOD ſi ſemper optima tenere poſſemus ſen,
ſus eſt habenda apud malos.aliquando indoctos eſt oratio apud quos conſultandum
ſi non quid honeſtũ ſaltem qd utile.qđ ſi optima teneremus nullus ẽ cõſultatiõi locus
quilibet enim quid ſibi preſcribendum foret cognoſceret.OPPOrtuna expediẽtia pro
pter dignitatẽ.Subaudi q̃ in ipſa eſt honeſtate.AD OPiniones eoꝝ q audiũt accõmo,
danda eſt oratio.nã orator totum ſe fere audientium accõmodat ſentẽtiæ aut nõ mul
tũ ab ipſoꝝ mẽte ſe abdicat ita enim ſiue utilia ſiue honeſta tum demum pōt obtinere.
ILLI autem alteri.Subaudi agreſti:& ſordido generi quæſtus emolumentũ fructuſq;
proponitur hoc eſt undecunq; poſſit utilitatem enanciſci. ATq; etiã uoluptas.Subaudi
corporis

corporis.quoniam ea eſt uirtuti inimica.nā uirtutis uoluptas auget animi bona. BOniq; naturā fallaciter imitando:quia dum quis id bonum exiſtimat quod īperet pecuniam habeat & reliqua huiuſmodi iure ne:an iniuria non quærit dum uideatur laudandus & honorandus accedere quæ bona ſunt uirtutis.SED etiam neceſſariis.Vt patriæ: ut parentibus:ut liberis quod imprimis quæri oportuit.Q VArum rerum ignominiæ Infamiæ contumeliæ dedecoris.Atq; hæc non publicis modo conſiliis:ſed etiā priuatis:atq; adeo magis in priuatis ſpectanda ſunt.MALO cultu.Quod ſi male colatur ut ſi inhoneſtum uideatur in alterius adduci non poſſit ſententiā.BENE inſtitutos.Qui rebus bonis inſtructi fuerunt.Addantur etiam contumeliæ.Subaudi ut deuitari poſſint. Q VANq̄ expediat quæri ſolet.In deliberatiuo inqt genere quæri etiam ſolet q̄ ſit uti leq̄ fieri aut non fieri poſſit aliquid.CAVſarum aūt genera ſunt plura.Sicut ipſe in topicis docet.NAM ſunt aliæ quæ ipſe conficiunt.Quæ efficiētes cauſæ noīantur. ALIæ quæ uim aliquā ad conficiendum afferunt.Ideſt cauſæ quæ adiuuantes noīari ſolent: ut in libro de fato ipſe quoq; oſtendit.AVT propter principium:ut eſt cā materialis ac formalis.AVT propter exitum.Vt cauſa finalis nam cum Ariſtoteles cauſarum genera materialem:formalem:finalem efficienteq; fecerit.Plato his etiam addidit exemplarē atq; inſtrumentalē.SED etiam illa q̄ aduertentur.Stultum ſiquidē ſit q̄ proſint inſpicere:& quæ officere poſſint non conſiderare.ET SI ex contentione.Q uæ ſolet in ſentētiis uariis pronunciādis naſci.DISSuadentibus aūt.Cōmonuit ac inſtruxit ſnīam ſuā,p nunciantes & conſilium proferentes. nunc quid pariter facere oporteat deterentes ab alieno ,ppoſito docet.SED ex eiſdē ſuaſionis locis.Hoc eſt ex eis locis qbus alter ſuaſit ex eiſdē diſſuadebim⁹.VTErq; uero ad augendū habet exemploꝝ. Idem quoq; docet Quintilianus inquiēs tota aūt oratio ſimplex & grauis & ſententiis debet ornatior eē q̄ uerbis:uſum exemploꝝ nulli materiæ magis conuenire merito fere oēs conſentiunt cum plerūq; uideant reſpōdere futura p̄teritis:habeaturq; experimentū uelut quoddā rōnis teſtimoniū.breuitas quoq; aut copia non genere materiæ ſed mō conſtant. AD explendas cupiditates.Si agreſtes erūt auditores.SIN aūt reprimendi.Hoc eſt a cupiditate illa uehemēti fuerint reuocandi.PRINcipia aūt in ſententiis dicēdis.Q uintil.aūt prohœmio inquit quale eſt in iudicialibus nō ubiq; eget quia cōciliatus eſt ei quiſq; q̄ conſulit initiū tn̄ quodcūq; debet hr̄e aliquā prohœmii ſpeciē.neq; enim ab rupte nec unde libuit incipiendū:quia eſt aliquid in omni materia naturaliter primum.In ſenatu utiq; & in cōcionibus eadē rō:q̄ apud iudices acqrēdæ ſibi plerūq; eoꝝ apud quos dicē dum ſit beniuolētiæ:nec mirū cum etiā in panegyricis petat̄ audientiū fauor:ubi emolumentū nō utilitate aliqua:ſed ī ſola laude cōſiſtit.NVNC quæ iudiciis accōmodata ſunt expecto.Quintilianus nūc de iudiciali inqt genere qđ eſt p̄cipue multiplex.ſed officiis cōſtat duob⁹ intētionis & depulſionis cuius ptes uelut plurimis autoribus placuit quiq; ſunt.,phœmiū:narratio:,pbatio:refutatio:peroratio.his adiecerūt qdā partitionē ,ppoſitionē:exceſſum:quaꝝ priores duæ ,pbationi ſuccedūt.nā ,pponere quidē q̄ ſis ,pbaturus neceſſe eſt:ſed & cōcludere.inde porro ſubiungit ueꝝ ex his quas cōſtitui partibus nō ut quicqd primū dicendū:ita primū cogitandū eſt:ſed ante oīa ītueri oportet qđ ſit genus cauſæ quid in ea quærat̄ q̄ proſint:q̄ noceant.Deinde quid cōfirmandū ſit ac refellendū.tum quo mō narrandū.expoſitio enim ,pbationū eſt ,pbatio:nec eē utilis pōt niſi prius cōſtituerit quid debeat de,pbatione ,pmittere.poſtremo intuendū quēad modū iudex ſit cōciliandus:neq; enim niſi totius cauſæ partib⁹ diligēter inſpectis ſcire poſſumus qualē nobis facere animū cognoſcentis expediat ſeuerū:an mitem cōcitatū: an remiſſum:aduerſum gratiæ:an obnoxium.neq; tn̄ ideo eos ,pbauerim:qui ſcribēdū quoq; ,phœmiū nouiſſime putant.nā ut materiā oēm & quid quoq; ſit opus cōſtare debet anteq̄ dicere:aut ſcribere ordiamur.ita incipiendū ab iis q̄ prima ſunt. inſpicienda īgit̄ eſt materia:quo p̄cipimus ordine ſcribenda quo dicimus.AVT cū hereditatis.Hic ſtatus negocialis appellat̄:ut ipſe oſtendit in rhetoricis Cicero.fortunatianus aūt & in ſcripto & extra ſcriptū eſſe cōtendit.ATq; etiā ante iudiciū.De cōſtituendo ipſo iudicio.Hic ſtat⁹ in rhetoricis trāſlatio appellat̄.qm̄ de actiōe trāſferenda cōtentio ē. AVT cōcertata.De qua ante factū ſit certamē.AVT diiudicata.Et tn̄ nondū definita. NOBis ad dicendum neceſſaria uidet̄.Propter cauſas iudiciales in quibus de iure ſæpe q̄ritur.

DE CONſtituendis actionibus.Qua demū actione cum reo agatur.nam id moris fuit
nunc uero ablatus eſt.SEPAro a iudiciis.Quoniam in eo iudicium non eſt in quo traſ
latio eſt:& cum qua actione agendum ſit quæritur. TEMPORE agendi. Quoniam
id eſt quod in quæſtionem uenit.QVAM diſſimilitudine generis.Quoniam non uti
q; ab ſimile id a iudicio uidetur.CADVnt in eam formam.Vt iudicialis nomine appel
lentur.IN Qua quale quid ſit.Vbi qualitas de ſummo genere eſt:de qua ſupra men.
tionem fecimus:ipſamq; in ſuas diſtribuimus ſpecies. IN OMnibus igitur cauſis tres
ſunt gradus.Quintilianus autem diſcant igitur inquit ante omnia quadripartitam in
omnibus cauſis eſſe rationem:quam primam intueri debeat qui acturus eſt.nam ut a
defenſore potiſſimum incipiam longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt ſi quod obiicitur
negari poteſt.proxima ſi nō id quod obiicitur factum eſſe dicitur.Tertia honeſtiſſima
qua recte factum defenditur:quibus ſi deficiamus ultima quidem ſed iam ſola ſupereſt
ſalus aliquo iuris adiutorio elabēdi a crimine quod neq; negari:neque defendi poteſt:
ut uideatur iure actio intendi.hic ille quæſtiones:ſiue actionis:ſiue tranſlationis ſunt.
ſunt enim quædam non laudabilia non natura:ſed iure conceſſa:ut duodecim tabulis
debitoris corpus inter creditores diuidi licuit:quam legem mos publicus repudiauit.
eſt aliquid æquum:ſed prohibitum iure:ut libertas teſtamentorum. accuſatori nihilo
plura intuenda ſunt q̄ ut probet factum eſſe:hoc eſſe factum non recte.factum iure ſe in
tendere ita circa ſpecies eaſdem lis omnis uerſabitur.tranſlatus tantum aliquando par
tibus:ut in cauſis in quibus de præmio agitur recte factum petitor probat.ITA Conſi.
ſtendum eſt.Contra aduerſarium eſt reſpondendum.VT QVod obiicitur factum ne.
ges.Inde coniecturalis uel inficialis conſtitutio nominatur. AVT illud quod factum
fateare neges eā uim habere Hoc eſt non debere eo noīe appellari & pinde cū lis ſit de
noīe:& ui ipſi⁹ rei.de ueniēdū ad diffinitionē:q̄re etiā finitiuus ſtatus appellat̄.ATQue
id eſſe qđ aduerſarius criminet̄.Vt ſi aduerſarius uerbi cā ſacrilegiū uocet.tu defendas
furtum:nō ſacrilegium dici oportere.NEGes tale eſſe.Quoniam ſi aduerſarius iniuſte
factum dicat tu iuſte aſſeras.INFORmatione uerbi. Quoniam qui diffinit circa uerbi
formam uerſat̄.NON ſolum reſiſtat oportet aliquo ſtatu.Quintilian⁹ alii ſtatum cre.
diderūt primam eius cum quo ageretur depulſionē:quam ſniam Cicero his uerbis cō
plectitur in quo primū inſiſtit q̄ ad repugnandum congreſſa defenſio:unde rurſus alia
quæſtio:an eū ſemper is faciat qui reſpondet:cui rei præcipue repugnat Cornelius cel.
ſus dicens non a depulſione ſumi : ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet:ut ſi
hominem occiſum reus negat.ſtatus ab accuſatore naſcatur.quia uelit is probare.ſi iu.
re occiſum reus dicit tranſlata probationis neceſſitate idem a reo fiet & ſi eius intentio
cui non accedo equidem.nam eſt uero propius quod contradicitur nullam eſſe litem
ſi is cum quo agatur nihil reſpondeat ideoq; fieri ſtatum a reſpondente.mea tamē ſen.
tentia uariū id eſt & accidit pro conditione cauſaꝝ quia & uideri pōt propoſitio aliq̄n
ſtatū facere:ut in cōiecturalibus cauſis utitur cōiectura magis qui agit:quo moti quidā
eundem a reo inficialem eſſe dixerunt & in ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt:qui
intendit.& aliquanto poſt porro ſubiungit Quintilian⁹.noſtra opinio ſemper hæc fuit
cum eſſent frequēter in cauſa diuerſi quæſtionum ſtatus in eo credere ſtatum cauſæ qđ
eſſet in ea potentiſſimum & in quo maxime res uerſaretur . id ſi quis generalem quæ.
ſtionem:uel caput generale dicere malit cum hoc mihi non erit pugna non magiſq̄ ſi
aliud adhuc quo idem intelligatur eius rei nomen inuenerit.ſane ſtatus ac ſtatuum no
mina ſupra memorauimus.PRIMus ille ſtatus.Qui coniecturalis appellatur.RATio
nem habet iniqui criminis.Quoniam negat:in ipſa negatione ratio iniqui criminis
incluſa eſt.SECVNDus qui finitiuus uel diffinit:uel finis appellatur. QVOD Non
ſit in re quod ab aduerſario ponitur in uerbo.ut ſi ſacrilegii accuſetur reus & oſtenda.
tur id furtum eſſe:non utiq; ſacrilegium & huiuſmodi alia:ubi id diffinire opus ſit in
quo quæſtio poſita eſt. TERTIVS.Qui qualitas appellatur. DEINDE unicuique ra.
tioni.Subaudi quam profert reus ſe defendendo. OPPONendum eſt ab accuſatore.
Subaudi ad rei refellendam rationem qđ continens uocitat̄.hāc ſane totam rem ita ex
ſidcat Quintilianus.his inquiens inuentis intuendum deinceps hermagore uidet̄ qđ
eqi[illegible] quæſtio ratio iudicatio continens qđ ſynechon : uel ut alii uocant firmamentum
quæſtio

quæſtio latius intelligitur omnis de qua in utrãq; partem uel in plures dici credibili-
ter poteſt.In iudiciali autem materia dupliciter accipienda eſt.Altero modo quo dici-
mus multas queſtiones habere controuerſiam:quo etiam minores omnes complecti-
mur.Altero quo ſignificamus ſummam illam in qua cauſa uertitur de hac nunc lo-
quor ex qua naſcitur ſtatus an factum ſit.has hermagoras & Apollodorus & alii pluri-
mi ſcriptores proprie queſtiones uocant.Theodorus ut dixi capita generalia ſicut illas
minores aut ex illis pendentes ſpecialia.nam & queſtiones ex queſtione naſci : & ſpe-
ciem in ſpecies diuidi conuenit.hanc igitur quæſtionem uelut principalem uocant ζή
τημα.ratio autem eſt qua quod factum eſſe conſtat defenditur & cur non utamur eo-
dem:quo ſunt uſi omnes fere exemplo Oreſtes matrem occidit.hoc conſtat.dicit ſe iu
ſte feciſſe:ſtatus erit qualitatis.quæſtio an iuſte fecerit. Ratio quia clytemnæſtra Aga-
memnonem maritum ſuum patrem Oreſtis occidit.hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον
autem iudicatio:an oportuerit uel nocẽtem matrem a filio occidi.nec multo poſt ſub-
iungit Quintilianus.Paulum in his ſecum & Cicero diſſentit. Nam & in Rhetoricis
quemadmodum ſuperius dixi hermagoram eſt ſecutus.in topicis ex ſtatu confectam
contentionem κρινόμενον exiſtimat.Idque trebatio qui iuris erat conſultus alludens
qua de re agitur appellat:quibus id contineatur continentia quaſi firmamenta defen-
ſionis:quibus ſublatis defenſio nulla ſit at in partitionibus oratoriis firmamentũ quod
opponitur defenſioni:quia cõtinens quod primum ſit ab accuſatore dicatur ratio.ideo
ex rationibus & firmamenti quæſtione diſceptatio fit iudicationum.Verius ergo & bre
uius:qui ſtatum & continens:& iudicationem idem eſſe uoluerũt.continens autem id
eſſe quo ſublato lis eſſe non poſſit:hoc mihi uidentur cauſam utranq; complexi:& qđ
Oreſtes matrem & quod clytemnæſtra Agamemnonem occiderit.Idem & iudicatio-
nem:& ſtatum conſentire ſemper exiſtimauerunt. QVAESTio exoritur quædam.
Hæc eſt κρινόμενον ideſt iudicatio.COEPErit ne pecunias:decius.Reus pecuniarum
repetundarum. MINVErit ne maieſtatem Norbanus.Qui ſyllæ ſe oppoſuit primum
circa canuſium a proconſulibus aduerſus norbanum geſtum:in quo ad ſex hominum
milia ex norbani exercitu cæſa.ſyllani ſeptingenti milites tantum occiſi.norbanus ca-
puam fugit.IVRE ne occiderit opimius gracchum:Qui conſul gracchanas inſectatus
factiones eſt:ut multi narrant hiſtorici:ita Apianus. HAEC quæ primam contentio-
nem habent.Vt iure non feciſti:feci.tota contentio eſt an iuſte fecerit. LATA & fuſa
ſunt.Quoniam an iuſte fecerit uarie multiſq; modis tractatur. RATIOnum autem &
firmamentorum . Contẽtionem adducit in anguſtam diſceptationem.nam ea paucis
compræhenduntur.EA IN Coniectura nulla ſunt.Neq; enim ratio:aut firmamentum
eſſe poteſt:ubi nulla confeſſio:quod ipſe docet cum inquit nemo enim eius quod ne-
gat factum rationem:aut poteſt:aut debet reddere.IN HIS cauſis.Subaudi coniectura-
libus.EADEM & prima quæſtio & diſceptatio eſt extrema.Si quidẽ unũ ſemper ẽ quæ
rendi & diſceptãdi genus:ut occidiſti non occidi.an ocriderit.ſecus uero cum dicitur
iure occidi:hic enim multa diſceptatio an iure occiderit.MAIEſtas autem. Ad diffini-
tiuum uenit ſtatum:ut uim uerbi de quo quæratur diffiniat.IN HIS autem cauſis quæ
ſunt Subaudi in ſtatu qualitatis.FIVNT rurſus infinitæ. Quoniam cum finita ſit iure
ne opimius gracchum occiderit quia complexum habet perſonarum.fit rurſus hæc in-
finita cum dicitur poſſit ne recte ſalutis rei publicæ cauſa:cuius euerſor ciuitatis necari
indemnatus. AD CONſultationis formam.Ideſt infinitæ quæſtionis:quam a græcis
theſim diximus appellari.QVAE ex ſcripto legis. Quo æquum iniquumue aliquid
comprobatur. AVT Verborum ipſius iudiciis.Verborum quibus uſi ſint qui aliquid
iudicarunt.AVT ALIcuius ſtipulationis Per interrogationem promiſſionis. AVT
cautionis.Vbi de aliqua re ſcripto cautio eſt:ut chirographi.NE HOC quidem genus
Subaudi probationis.quod ſcripto continetur.IN DIffinitionem.Hoc eſt in ſtatum fi
nitiuum. NAM & ſi uerbum aliquod de ſcripto diffiniendum eſt. Nam & legitimus
eſt etiam ſtatus finitiuus.QVID ſit penus.Hoc apud Aulum Gelium inuenias. QVæ
ſunt ruta cæſa.Vlpianus ſi ruta inquit cæſaq; excipiantur in uenditione:ea placuit eſſe
ruta quæ eruta ſunt:ut harena creta & ſimilia.Cæſa ea eſſe ut arbores cæſas:& carbones
& hiſſimilia.gallus autem aquilius cuius mella refert opinionem recte ait fruſtra in le-

BIBLIOTECA
UNIVERSIT
DI

ge uenditionis de rutis & cæſis contineri:quia ſi non ſpecialiter uenierint ad exiben.
dum de iis agi poſſe.neq; enim magis de materia cæſa:aut de harena cauendum eſt.uẽ
ditori:q̃ de cæteris:quæ ſunt præcioſiora.CVM Autem plura ſignificantur ſcripto:Qui
ſtatus dicitur amphibologia.VEL A uerbis uoluntatem & ſententiam ſcriptoris.Qui
ſtatus de ſcripto & ſententia nominatur.VEL Alio ſe eadem de re. Qui ſtatus de con.
trariis legibus nominatur.TVM Diſceptatio ſcripti.Hic ſtatus græce ſylogiſmus.Lati.
ne ratiocinatio nominatur.CVM eſt in inficiando reus cum accuſatur:quod inficiatur
in quo accuſatur.IN SVAſionis locis.Vbi deliberatiuum genus tractauimus.QVAE
enim in conſilio capiendo.Subaudi erant præcipiebantur.cum hæc tradebamus. HIS
fere rebus.Locos apparuit quibus in coniecturali ſtatu uti accuſator poterit. VOLVN
tatis in reo cauſæ reperiuntur.Quare uoluiſſe uideri poſſint.FACVLtas in uoluntate.
Ideſt poteſtatem faciendi habuiſſe uideri poſſint.QVI.Subaudi animi motus.HAEC
ſunt dicta de cauſis.Quoniam ut ſuperius oſtendimus octo circunſtantiæ ſunt unde ar
gumenta in coniecturali quæſtione duci poſſunt perſona.factum.cauſa locus.tempus.
modus.facultas.opinio COMMVniter uidentur in ſimulare.Hoc eſt inceſſere. eſt au.
tem in ſimulo idem quod ficto proſequor crimine.ADIVNcta illa diſputatione com.
muni.Ideſt adiuncto illo:quod communiter in diſputationem uenire poteſt. DICTA
quæſtionis.Quæ in quæſtione torquendi reſponſa ſunt.DEFENſionis autem. Expoſi.
tis accuſatoris locis nunc pariter tela ſua ſuggerit defenſori. NON Tantas . Subaudi
cauſas.COMMunia dantur.Expoſitis locis coniecturæ omnibus:nunc ad quæſtionẽ
finitiui ſtatus deſcendit in quo accuſatori & defenſori communia ait tradi præcepta
oportere.VTER enim diffiniendo.Hoc dicit ſiue accuſator:ſiue defenſor ſit uter eorũ
melius rem de qua quæſtio eſt diffinierit:is ad ſenſum iudicis melius penetrarit: & ad
eam præceptionem:quæ animis audientium inſidet is obtineat cauſam neceſſe eſt.dif.
finiendi uero modum ſupra abunde ut nobis uiſi ſumus attigimus. SED Tanq̃ expli
cando.Hoc dicit non obtinetur cauſa argumentatione:ſed potius diffiniẽdi quadam
peritia. PRAEVAricationem accuſator eſſe diffiniat . Præuaricatores inquit feſtus a
prætergradiendo ſunt uocati.Vlpianus de iis qui infamia notantur dicta prætoris in.
terprætatus ſuper illo uerbo in te præuaricator.præuaricator autem inquit eſt quaſi ua
ricator:qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua quod nomen labeo a uaria cun
ctatione tractum ait nam qui præuaricatoris ex utraque parte conſiſtit quin imo ex di.
uerſa.VERBiq; uim ex contrario reperiet.Diffiniet alio modo ut uis uerbi cõtrarium
ſignificare uideatur. QVAſi ex uero accuſatore.Tanq̃ nomen præuaricationis a uero
inclinetur.EX Conſequentibus.Ex eis quæ ſequuntur id nomen. CONFugiendum
eſt ad æquitatis locos.Non tantum diffinitio inſpicienda. AD REꝛum iudicaturum
autoritatem. Ad autoritatem eorum qui iudicarũt quid uerbum id ſignificaret.COM.
muneq; ſit hoc præceptum.Subaudi tam accuſatori:q̃ defenſori.Qui de re confiteatur
ut ſe ſuſtuliſſe. VERBI ſe interprætatione defendat. Vt nolit ſacrilegium:ſed furtum
appellare.DEPRAuatione uerbi ſe urgeri quæratur.Hoc eſt lamentetur quod in cau.
ſa urgeatur non quod deliquerit:ſed mala uerbi interprætatione. PERCENſere pote
rit. Adiicere quæ pariter poſſint ita male interprætari:ſicut quod contra ſe proferatur.
TAMEN reus.Tam & ſi inquit tam accuſator q̃ reus id poſſit facere:tamen commodi.
us id præſtabit reus.EX HIS quæ antepoſita.Quæ ad amplificandum idonea diximus
NVNC ea quæ quale ſit.Expoſita finitiui ſtatus tractatione.nũc ſtatum qualitatis quo
modo tractare conueniat docet.QVOD diuiditur in duas partes.Hoc nos quoq; ſu.
perius tractauimus & iuriſconſultorum autoritate uſi diuiſimus. ET VT dicitur æqui
& boni.Ita ſiquidem loqui conſueuerũt iuris conſulti.ET EA quæ ſine litteris. Quod
appellatur ius non ſcriptum.nam ut etiam iuris conſulti diuidunt aliud eſt ius ſcriptũ.
Aliud non ſcripium.ac ut græci aiunt εστι δε νόμοσ εγγραφοσ σϊῶνθαϊα δε αγρα.
φοσ.AVT gentium iure.Aut malorum more.Itaq; & Paulus libro quarto ad Sabinũ
ius inquit pluribus modis dicitur uno quidem modo cum id quod ſemper æquum ac
bonum eſt ius dicitur:ut eſt ius naturale. Altero modo quod omnibus:aut pluribus in
quacunq; ciuitate utile eſt:ut eſt ius ciuile:nec minus ius recte appellatur in ciuitate no
ſtra ius honorarium.prætor quoq; ius reddere dicitur etiam cum in quæ decernit:rela
tione ſcilicet

tione ſcilicet facta non id quod ita prætor fecit ſed ad illud quod prætorē facere cō
uenit. Alia ſignificatione ius dicitur locus in quo ius redditᷣ appellatione collata ab
eo qđ fit in eo ubi fit: quē locū determinare hoc modo poſſumus ubicūq; prætor ſal
ua maieſtate imperii ſui ſaluoq; more maioꝝ ius dicere conſtituit. is locus recte ius
appellatur hæc Paulus. Martianus aūt libro primo īſtitutionū nōnunq̄ inquit ius ēt
pro neceſſitudine dicimus uelut eſt mihi ius cognationis: uel affinitatis. Iuris autem
præcepta ut Vlpianus inquit ſunt hæc honeſte uiuere. Alterum nō ledere: ius ſuum
unicuiq; tribuere. Iuris prudentia eſt diuinaꝝ & humanaꝝ rerum notitia: iuſti & in-
iuſti ſcientia. AVT gentiū iure aut maioꝝ more: Hoc eſt iure gentiū & iure ciuili
de quo ſupra abūde dictū. PVblicū diffinit qđ ſit ius publicū. PActum. Conuen
tum ſtipulatio: Vlpianus de pactis. Pactū autem inquit a pactione dicitᷣ: inde etiam
pacis nomen appellatum eſt: & eſt pactio duorum plurium ue in idē placitum cōſen
ſus. Cōuentionis uerbū generale eſt ad oīa pertinēs de quibus negotii contrahēdi
tranſigendiq; cauſa conſentiunt qui inter ſe agunt: nam ſicut cōuenire dicunᷣ qui ex
diuerſis locis in unum locū colliguntur & ueniunt. Itaq ex diuerſis animi motibus
in unū cōſentiunt ideſt in unā ſnīam decurrunt adeo aūt conuentionis nomen ge-
nerale eſt ut elegāter dicat pædius nullū eſſe contractū: nullā obligationē: quæ nō
habeat intra ſe conuentionē ſiue re. ſiue uerbis fiat: nā & ſtipulatio quæ uerbis fit: niſi
habeat conſenſum nulla eſt: ſed cōuentionū plæræq; in aliud nomen tranſeūt uelu-
ti in emptionem: locationē: pignus: uel ſtipulationē. Paulus autē libro tertio labeo
ait inquit conuenire poſſe uel re uel per epiſtolā uel per nuntiū inter ſe abſentes poſ-
ſe: ſed etiā tacito cōſenſu conuenire intelliguntur ideo ſi debitori meo reddiderim
cautionē uidetur inter nos cōueniſſe ne peterē ꝓfuturamq; ei conuētionis exceptio
nem placuit. NAturali iure præſcriptū eſt. Mandatum: iuſtū. Cæſar in cōmentariis
qđ fieri oporteret nec minus cōmode ipſi ſibi ꝑſcribere q̄ ab aliis doceri poterant.
DE NAtura. Subaudi maioꝝ. AD eius facti deprecationē. De qua parte ſuperius
in diuiſione aſſumptiuæ conſtitutionis diximus. QVAle ſit cū diſceptatio uerſatᷣ
in ſcriptis. Supra diximus in diuiſione ſtatuū alios dici rationales. Alios legitimos:
de rationalibus an ſit quid ſit & quale ſit hactenus dictū: ſecuntur legitimi qui ex ſcri
ptis eliciunᷣ. SVNT igitur ambigui. Ambiguū hoc eſt amphibologiam primo tra
ctat. Lex oīs inquit Quintilianus aut tribuit: aut adimit: aut punit: aut iubet: aut uetat
aut permittit. Litem habet aut propter ſe ipſam: aut propter alterem queſtionē: aut ī
ſcripto: aut in uolūtate. In ſcripto aut apertum eſt aut obſcurum: aut ambiguū: quod
de legibus dico idem uolo accipi de teſtamentis: pactis ſtipulationibus: omni deni-
q; ſcripto idem de uoce: de ambiguo porro aliquanto poſt inquit. Amphibologiæ
ſpecies ſunt innumerabiles adeo ut philoſophoꝝ quibuſdam nullū uideatᷣ eſſe uer-
bum quod nō plura ſignificet genera. aut admodū pauca: aut enim uocibus accidit
ſingulis: aut coniunctis ſingula afferunt errorē cū pluribus rebus aut hominibus ea-
dem appellatio eſt ὁμώνυμα dicuntur. ut gallus utrum enim gentē: an nomē auis
an fortunam corporis ſignificet incertum eſt. In aliq̄to poſt in coniunctis inq̄t plus
ambiguitatis: fit aūt per caſus ut aio te æacida romanos uincere poſſe: & quæ ſequū-
tur. CVM autem aliud ſcriptor ſcripſiſſe. Statum tangit: qui de ſcripto & ſententia
nominatur. RENOuare. Ideſt repetere ſæpius ut affectus moueat. CONtra. Ideſt
e diuerſo. AMplificet. Quaſi in locum cōmunem deſcendens. QVIbus alii. Sub-
audi uſi ſunt. INVIdioſa quærela. Quintilianus inuidia namque inquit. altera
inuidum. Altera inuidioſum facit. Hoc autem hominis. Illud rei eſt. SI SCRIpta
inter ſe diſſentiēt. hic ſtatus de contrariis legibus nominatur.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Ioannes Petrus Valla Doctiſſimo Viro Marco firmano Salutem. Dicit Plu.

Sæpenumero a me optime Marce popoſciſti:ut patris dictata in primum Ciceronis
quæſtionum Tuſculanarnm tibi publicanda exhiberem quod ſcires ob contractam
amicitiam dum cum ipſo frequenter uerſareris:poſt publicas lectiones ipſo dictan.
te aliquot fuiſſe perſcripta. Ego uero(ut ſcis)aliquamdiu recuſaui: quia mihi uide.
bantur:qui illa acceperant non ita examuſim:ut a patre meo erant lingua deprom.
pta aliqua deſcripſiſſe. Nec ipſe in præſentiã poſſem ob alia quædam circa talia ſtu.
dium adhibere. Deinde quia non eſt quicq̃ quod ex tempore enunciatum longe
deterius & minus accurate non dicatur quã ſi componentis manus acceſſerit. Itaque
cum mentis meæ ſinum: ut erga amiciſſimos facere par eſt tibi aperuiſſem: tu uehe.
mentior adhuc me in ſpem gloriæ futuræ patris hortari atq; adeo ĩcitare cepiſti aſ.
ſerendo illa ex doctiſſimorum uirorum etiam conſenſu huiuſmodi eſſe ut in poſte.
ritatem luculentiſſime tranſire poſſent:noſque inde non mediocrem apud Cicero.
nis ſtudioſos beniuolentiam adepturos. Vnde factum eſt ut ullo pacto tergiuerſan.
dum non duxerim:ſed tuo parendum cenſuerim conſilio:quod de honeſtate: amo.
re:obſeruantia:ac erga præceptorem tui ut noui amantiſſimum pietate emanare pla
ne perſpexerim. Et non modo quæ poſtulaſti:ſed alias etiam eiuſdem interpretatio.
nes animo promptiſſimo noſtræ exactæ amicitiæ pignus:ſponte offerendo. Itaquæ
tua nunc intererit ut eam his editionibus adhibeas diligentiam:quam aliis tua cura
atque impendio impreſſis adhibere conſueſti:quo ſtudioſi qui has tua de cauſa le.
gent quã emendatiſſimas perlegant. Nos certe ut ſe nobis concrediderunt ita ipſas
tibi committimus commendamuſq; Vale.

# GEORGII VALLAE PLACENTINI VIRI CLARISSIMI IN TVSCVLANAS CICERONIS QVAESTIONES COMMENTARIA.

Vſculanas Marci Tullii queſtiones.philoſophiæ pulcherrimæ diſciplinæ uim magnam comprehendentes interpretaturos decet nos de ipſa primo prefari philoſophia:quo totius materiæ diſputatio magis eluceſcat.Cum igitur quicq̄ in diſputationē ueniens diffinitione debeat aperiri:deinde diſtribui.Id nos quoq; nomine tenebimus: & quoniā non una eſt philoſophorum antiquorum diffinitio eminentiores proſequemur:miſſas alias faciendo.Hanc igitur quidam hoc modo diffiniere. philoſophia eſt eorum quæ ſunt quatenus ſinit cognitio.neq; enim philoſophus cuncta: quæ mundo comprehenduntur ſibi fas enumerare duxerit:uelut homines omnes:ſed quæ nam natura ſit hominis.Cuiuſlibet enim rei philoſophus conſiderat eſſentiam. Plato autem ita diffinit. philoſophia eſt humanarum diuinarumq; rerum cognitio:ut nihil cognitionis a philoſophia abeſſe uoluerit:Cui Quintilianus aſtipulatur ſentētiæ inquiens. Nam & formantes ſapientē eum qui ſit futurus conſumatus undiq;: & ut dicunt mortalis quidam deus non modo cognitione cæleſtium:uel mortalium putant inſtituendum:ſed per quædam parua ſane: ſi ipſa demum exiſtimes ducunt:ſicut exquiſitas interim ambiguitates.non quia ceraſtinæ: aut crocodilinæ poſſint facere ſapientem : ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli.Nam uel minimarum quarumcunq; rerum cognitionem ac cauſam tenere debet philoſophus:ſicut cur ceraſtæ. Alii bina. Alii quaterna habeant cornua. Cur natura ſoli crocodilo maxillam mobilem fecerit ſuperiorem.Eſt & alia diffinitio a fine data quæ inquit philoſophia eſt mortis cogitatio:quod eſt cum ſit homo ex corpore animaq; compoſitus: quod uinculum naturæ eſſe perhibetur.mors id diſſoluit uinculum:quod Cleōbrotus Ambratiotes reſpicens meliorem querendo uitam:ſe morti dedit. Alterum autem uinculū delectu humano factum eſt:quo ſponte corpori anima mancipatur:cupiditatibus nimium inſeruiens: cuius diſſolutio eſt ut cupiditatibus reſpōdeat:& ſe ab illis liberet. quod munus ē philoſophorum.eſt & diffinitio Ariſtotelis ab excellenti poteſtate deducta ipſius:quæ ait philoſophia eſt ars artium & ſcientia ſcientiarum.differt ab altera altera:quod ſcientia rationes eaſdem ſemper habet:ſubiectaq; nulli errori obnoxia:qualis Arithmetica: & Muſica:Geometria & Aſtronomia cum ars in erorem delabi poſſit propter ſubiecta: q̄ alterationi uarietatiq; ſunt obnoxia:uelut Medicina:& eius origo phiſiologia.materia namq; earum ſubiectum mutationibus eſt crebris obnoxia:neq; ſemper contraria contrariis curantur:ueluti ſcamonea: quæ cumadmodum ſit calida flauam tamen purgat bilem:ſed talem curam habere nos ipſa docuit experientia.Ita frigida aqua modo calorem magis ſuccēdit:modo magis refrigerat:quarum principia rerum philoſophia prebet.geometriæ quidem uniuerſales rationes:ac ſine demonſtratione diffinitiones: & axiomata a græcis appellata.a noſtris effata:& petitiones:ut punctū eſt. cuius pars nulla:& omne totum eſt maius ſua parte.Medicina autem humores quattuor in humanis corporibus ait: de quattuor oriri elementis Rhetorica de inductione ac ſylogiſmo exēplum deducit ac inductionem.grammatica tempora & tonos de muſica mutuatur. Cum muſica de philpſophiæ fonte ſcaturiet:unde etiam artes mechanicæ:uelut ædificatio:quæ perpendiculo utitur:quo angulum conſtituat rectum:rationis ignara: quæ in ipſa reſidet philoſophia. At Pitagoras ethimologiam ſecutus: philoſophiam dixit ſtudium ſapientiæ.Nam cum priores ſapientiam uocitarent cuiuſcunq; rei cognitionem:ut uulgo uocamus ſapientem quemlibet artificem ſolum deum dixit eſſe ſapientem:hominem uero ſapientiæ ſtudioſum.Sapientia igitur:quā ueriore uocabulo philoſophiam nominamus.Stoici dixerunt diuinarum humanarumq; rerum eſſe ſcientiam.Cuius uirtutes tris eſſe uoluerunt generales.naturalem unam: moralem alteram: tertiam rationalem.naturalem quidem de mondo ac quæ mondo continentur. moralem uero quæ de moribus rituq; hominum loquatur. rationalem autem quæ circa rationem diſputationemq; uerſetur Alii porro philoſophiam eſſe dixerunt unam magnam amplamq; cognitionem.unde omnes aliæ rerum cognitiones caperent exor-

d

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

dium. & perinde ipſam trifariæ partiti ſunt. in theologiam: quæ ſeorſum a natura rerũ eſt. mathematicam quæ in quattuor eſt diſtributa ſcientias. Arithmeticam. muſicam. geometriam. & aſtronomiam. Tertia phyſiologiam eſſe dixere: unde reliquæ poſtea diſciplinæ ab hac inquam triplici uia: ſed phyſiologiæ: ut hominum uaria opinio eſt: ita philoſophantium. De principiis diuerſa ſenſere. nam Thales Mileſius omnium. rerum principium aquam dixit de aqua enim cuncta procreari putauit in eamq; reſolui omnia. id propterea ſuſpicatus quod omnium animalium ſemen humidum uidit: & cũctas ſtirpes: arbores: frutices: & herbas humore coaleſcere uidit: & augeri: id ꝓpterea Homerus de aqua locutus dixit omnia ab oceano ducere originem inquiẽs ὠκεανόν τέθεῶν γενέτην καὶ μητέρα τηθόν & rurſus ὠκεανὸσ θοοπσ γενέσισ πάντεσσι τέτυκται: Anaximander autem pariter Mileſius rerum principium dixit eſſe infinitum: & hoc namq; cuncta fieri & in ipſum cuncta corrumpi. ideo etiã mõdos gigni infinitos: rurſuſq; corrumpi in id unde ortum ducerent. neq; quid ſit quod nocet infinitum ſatiſ aperuit. Anaximenes ẽt mileſius rerum principium aerem diffiniuit ab eo ducere originem omnia & reſolui in eum putauit animã. n. nr̃am aerẽ dixit: & mũdum uniuerſum ſpiritu & aere contineri. Anaxagoras Clazomenius rerum principia eſſe homœomerias. quod quid ſit exponit Lucretius inquiens.

Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomerian
Quam græci memorant: nec noſtra dicere lingua
Concedit nobis patrii ſermonis ægeſtas
Sed tamen ipſam rem facile eſt exponere uerbis
Principio rerum: quam dicit homœomerian
oſſa uidelicet de pauxillis atq; minutis
oſſibus ſic & de puſillis atq; minutis
Viſceribus uiſcus gigni: ſanguenq; creari
Sanguinis inter ſe multis coeuntibus guttis
Ex auriq; putat micis conſiſtere poſſe
Aurum: & de terris terram concreſcere paruis
Ignibus exiguis: humorem humoribus eſſe
Cætera conſimili fingit ratione putatq;
Nec tamen eſſe ulla parte idem in rebus inane
Concedit: neq; corporibus finem ineſſe ſecundis

Archelaus Apolodori filius athenienſis aerem infinitum rerum fecit principium. Circa quem denſitatem dixit & raritatem: quas aquã: ignemq; eẽ uoluit. Rurſus ab alio principio Pytagoras mneſarchi filius ſamnis ad numeros: & cum menſurabilitates: quas uocat harmonias cuncta deducit & mentem cauſam dicit efficientem: nempe deum. paſſiuam uero cauſam ſiluoſum nempe uiſibile mundum: Naturamq; eſſe numeri decada: Cuius poteſtas in quattuor ſit collocata. ideo Pythagorei in eo numero: maximum iuſiurandum poſuere: Cuius tales ſunt uerſus:

οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τέξακτύν
παγὰν ἀενάου φυσέωσ ῥιζώματε χοισαν.

& noſtra inquit anima tetrade conſtat mente: ſcientia: opinione: ſenſu. mentem monadem uocauit. ſcientiam uero infinitam diadem. opinionem traida: quia trias plurium nomine nuncupata. ſenſus autem tetradi deputauit: nam tangendi ſenſum reliquis ſenſibus atribuit. Eraclitus & Hippaſus metapontinus uniuerſitatis principium ignem fecerunt. denſa reſolui corpora reliqua in ignem dicentes: & calore cuncta uigere. At Hippocrates medicorum omnium facile princeps in libro de elemẽtis negat ullo modo intelligi poſſe elemẽtum unum rerum eſſe principium quando quidem ſi unum ſit elementum principium fieri non poſſe ait ut in egritudinẽ corpus ullum deueniat. qm̃ a contrario in contrarium naſcitur ægritudo & ſi qua etiam ægritudo ad ſanitatem ꝓduci non poſſe. Epicurus neocleus filius athenienſis Democritum ſecutus. dixit rerum omnium principia eſſe corpora indiuidua quæ atomos uocant: ea dixerunt ſub aſpectũ non cadere inane non admittere ſempiterna: nunq̃ genita: nec ſecari poſſe: aut alterari & ea moueri p inane: ipſumq; inane infinitũ: & atomos infinitas tria his ineſſe corpori-

bus figuram magnitudinem pondus.quod epicurus duobus illis atribuit magnitudini:& figuræ:quæ fuere democriti.Empedocles Metonis filius agrigentinus quattuor elementa uoluit reꝝ eſſe pricipia:& poteſtates pricipales binas amiciciā:& litē.inqt.n.

Vt ſint cunctorum radices quattuor audi
Iuppiter imprimis:qui dicitur arduus æther
Huic bona ſuccedit Iuno. huic regina infima ditis
Inde fluentia rigant lachrimis interna animantum

Socrates Sophroniſei filius athænienſis & Plato Ariſtonis filius athenienſis tria rerum fecere principia Deum:materiam & ideam.deum mentem.materiam ſubiectum.generationi & corruptioni.ideam . corporis expertē in diuina poſitam uiſione.Ariſtoteles Nichomachi filius ſtagirites principia fecit entelechiam:quam & formam uocat materiam.& priuationem:q̃ poteſtatem quoq; nominauit.Elementa quinq; dixit:quattuor corruptioni obnoxia terram.aquam.aerem.ignem.quintū æthera incoruptibile . Zeno mnaſei filius citticus principia rerum bina fecit.deum & materiam efficientē cauſam deum patientem aut materiam:quattuorq; elementa Apollinarius ex abiſo ait mūdum a deo productum.Heſiodus idem ferme dicit re ſi minus uerbis:quippe ꝙ ex cao cuncta cœpiſſe ortum exiſtimauit.Cum itaq; ſit Ciceroni propoſitum in his oſtendere quæſtionibus uirtutum affectuumq; uires : atq; origines : & tam uirtutes q̃ affectus de anima ſcaturiant primo de anima dicendum eſſe exiſtimat.porro quoniam naſci quæſtio poteſt uiuere ne:an ab hac uita dimoueri bonum:malumue ſit in quæſtione poſitum eſt.idcirco diluitur planeq; comprobatur mori non eſſe malum: Verum ita exorditur ut oſtendat.Cum iampridem ſe ſtudiis philoſophiæ dediſſet.ſenecta ætate : hæc ſcribere temptauerit latinos laudando:ac græcis præferendo.a quibus hæ ſunt diſputationes.inquit ergo.CVM Defenſionum laboribus.Ideſt iudiciali genere.Nam conſueuit Cicero accuſare neminem defendere autem cumplures quod ipſe oſtendit in Verrem inquiens ſiquis ueſtrum iudices:aut eorum qui ad ſunt forte miratur:me qui tot annos ī cauſis iudiciiſq; publicis ita ſum uerſatus ut defenderim multos:leſerim neminem.ſubito nunc mutata uoluntate ad accuſandum deſcendere. SENAtoriiſq; muneribus.Ideſt deliberatiuo genere ESSem aliquando liberatus.Nempe ceſare rem publiblicam occupante.Q VAE retenta animo.Ideſt quæ adoleſcens acceperam memoriaq; cuſtodieram.REMIſa temporibus. Aliquandiu non exercueram. AD REctam uiuendi uiam pertinerent.Duplex namque eſt ea.una quidem in agendo.altera inſpiciēdo poſita in agendo quidem:quæ ad mores tendit:inſpiciendo autem quæ ad artes atque ſcientias attinet.RATio & diſciplina.Ratio quidem quæ inuenit per ſe diſciplina uero:quæ ab alio perdiſcitur.STVDio ſapientiæ.Ita enim ueteres nominauere ante Pythagoram enim ſapientes & ipſa profeſſio ſapientia dicebatur. primus Pythagoras : ut ipſe in hoc opere oſtendit Cicero. Philoſophos & philoſophiam dixit : quod eſt ſtudioſos & ſtudiū ſapientiæ.OMNia noſtros aut inueniſſe ſapiētius q̃ græcos.Hoc ſe dīxiſſe ut ſuos laudet ac hortetur.Cicero in oratore oſtendit inquiens atque utinam in latinis talis oratoris ſimulachrum reperire poſſemus eſſet egregium non querere externa domeſticis eſſe contentos:ſed ego idem ꝙ in illo ſermone noſtro qui eſt expoſitus in Bruto multum tribueram latinis uelut hortarer alios . uel quod amarē meos:recordor longe omnibus unum ante ferre Demoſthenē.ET INſtitutis & legibus.Inſtitutis quidem:quæ rem priuatam domeſticamq; reſpiciunt:legibus uero quæ rem publīcam tuentur cuiuſlibet ciuitatis ſuam.OMNI litterarum genere.Ideſt omni arte atq; diſciplina: quæ litteris traderetur.Homerus fuit & Heſiodus ante romam conditam. annis circiter centum ſexaginta quattuor ut Cornelius nepos putat.at ſolinnus ubi de aſia ſmirna inquit unde præcipue euitet homero natiua fuit patria.qui poſt Ilium captum anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſecūdo humanis rebus exceſſit:Agrippa ſiluio Thyberini filio albæ regnante anno ante urbem conditam.C.lx Inter quem & Heſiodum poetam.qui in hoſpiciis olimpiadis prime obiit. cxxxviii. anni medii fuerunt. ARCHilochus regnante Romulo. At ut Cornelius nepos putat clarus fuit tempore

hoſtilii. LIVIus fabulas dedit. Valerius maximus in ſecundo paulatim deniq; ludicra ars ad ſatyrarum modos perrepſit a quibus omnium primus poeta Liuius ad fabularũ argumenta ſpectantiũ oculos & animos tranſtulit. APPIo claudio. Cicero ipſe in bruto. poſſumus appium claudiũ ſuſpicari diſertum quia ſenatũ iam iam inclinatũ a pyrrhi pace reuocauerit. IN Neruorum uocumq; cantibus. Periphraſticos muſicam dicit: q̃ uetuſtiſſimis encyclopædian ideſt omnes cõprendere diſciplinas. quemadmodum multis cõprobatur teſtimoniis: uelut Alantopoles. apud ariſtiphanem in fabula quæ eſt ἱππεῦσ in ſcripta.

ἀλλ' ὦγ' γαθ' οὐ δὴ μουσικὴν ἐπίσταμαι
πλὴν γραμμάτων· καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς

IN SVMmo apud illos geometria fuit. Quintilianus geometriã diſtributam ait in numeros & formas: ubi ſi codicis mendoſitas non eſt formas pro figuris poſuit. ſiquidẽ forma cuiuſlibet rei dicitur facies: at figura lineas diſtincta immago nominatur. omnium cum ſenſu mathematicorum. ut triangula. quadrata altera parte longior. rhambus rhomboides. trapeziũ: reliqueq; planæ necnon ſolidæ. ut cubus. Pyramis. Cylindrus & aliæ eiuſmodi: ſed ſi mathematicos audiamus aliam inueniemus eſſe diuiſionem: Heron namque Alexandrinus ita diffiniendo eius prætes oſtendit cum inquit γεωμετρία ἐστὶν ἐπιστήμη μεγεθῶν, καὶ σχημάτων, καὶ τῶν περιοριζουσῶν, καὶ περατουσῶν ταῦτα ἐπιφανειῶν, καὶ γραμμῶν, τῶν τε ἐν τούτοις παθῶν, καὶ θέσεων, καὶ ἐν ὀργανίων ἐν μορφαῖς, καὶ κινήσεως ποιότησι Taurus aũt Sidonius Geometriam ait δόξαν ὀρθὴν, δοθεῖσαν αἰτίαν λογισμῷ. Ariſtoteles uero ὑπόληψιν μετὰ ἀποδείξεως. Zeno uero ἕξιν πρὸσ δεῖξιν φαντασιῶν ἀμετάπτωτος ὑπολήψεων. Differre aũt oẽs geometriã a geodoleſia oẽs uoluerũt. Geodeſiam nãq; Proclus Licius ita diffinit γεωδαισία ἐστὶν ἐπιστήμη τῶν ἐν τοῖσ αἰσθητοῖσ σώμασι μεγεθῶν καὶ σχημάτων διαιρετικὴ καὶ συνθετική. Non dubium autem eſt quin geometria uerſetur circa figuras & numeros: ut intelligit Quintilianus. demonſtrantur tamẽ multa: quantitate continua: quæ diſcreta ideſt numero demonſtrari non poſſunt: ut diameter quadrati ad latus numero quam rationem habeat non inueneris. ſimiliter cum dicimus datam lineã ſic ſecare: ut quod ſub tota & una portione rectãgulum continetur æquum ſit: ei quod ſit & reliqua ſectiõe: quadratum itidem cum dato rectilineæ æquũ quadratum demonſtramus: & alia quæ apud Euclidẽ in decimo elementorum libro. Principia uero geometriæ heron ait axioma hypotheſim: & petitionem poſt principia uero ſunt problema & theorema. ut noſtri uero transferunt in latinum ambiguitas & præceptum. Procli uero lycii ſententia: ortum habuit geometria ab ægyptiis: a quibus primus Thales Mileſius ipſam abduxit in græcia poſt thaletem Mãmerthius ſteſichori poetæ frater: & hippias elius deinde Pythagoras: qui multa mea inuenit præcepta: inde Anaxagoras inde Plato. inde ænopolus chius & Theodorus cyrineus: & Hippocrates. inde leodamas thaſius. & Archytas tarentinus. & thetus athenihenſis: & Eudoxus gnidius: qui tribus proportionibus notis: tris alias adiecit. inde Euclides elementarius qui multorum diſperſa colegit elementa. Iunior quidẽ Platone. Schola antiquior eratoſthene & archimede: qui ambo uno fuerunt tẽpore. ITAq; nihil mathematicis illuſtrius. Mathematicam heron ita diffinit. μαθηματική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῶν νοήσει καὶ αἰσθήσει καταλαμβανομένων πρὸς τὴν τῶν ὑποπιπτόντων δόσιν. Ea autem diſtribuitur in quantitatem diſcretam: & continuam. diſcreta aut per ſe conſideratur: & arthmeticam facit: aut refertur ad aliud: & muſicam conſtituit: continua uero quantitas. aut conſideratur: ut immobilis: & geometriam facit: aut ut mobilis & tum efficit aſtronomiam. NEC Diſponere: nec illuſtrare poſſit. Diſpoſitio namque de prudentia pendet: nulla ſiquidem œconomia citra prudentiã laudabilis. Illuſtrari uero nihil ſine facundia põt: LICentiam ſcribendi. Quippe qui eloquendi ignorent rationes. E Q Vibus etiam illa manabãt. Vult Cicero indicare oratoriã facultatẽ de philoſophiæ rõne deſcẽdere: qđ & alibi quoq; demonſtrauit. tinitus namque uerborũ. & crepitaculũ quoddã ſit nomẽ eloquentiæ: citra diſciplinæ alicuius cognitionem. VIR ſummo ingenio. Hæc præcipua laus Ariſtotelis. SCIentiæ copia. Nam non oratoria modo facultate & ſtilo aureo

uſus eſt:ſed quantũ rhetoricã poeticãq; retinuerit. de his tradita præcepta oſtendunt: mirificum quoq; acumen libri:tam moralis q̃ naturalis philoſophiæ:ac dialecticæ : ut ubertatem præſeferant de animalibus libri atq; problemata de cunctis rebus. Iſocratis rhetoris gloria:extitit igitur iam ſenibus illis quos pauloante diximus Iſocrates cuius domus Cunctæ græciæ quaſi ludus quidam patuit atq; officina dicendi magnus orator & perfectus magiſter:q̃q̃ forenſi luce caruit:intraq; parietes aluit eam gloriam:quã nemo meo quidem iudicio eſt poſtea conſecutus.Is & ipſe ſcripſit multa p̃clare: & docuit alios:& cum cætera melius q̃ ſuperiores:tum primus intellexit etiam in ſolita oratione dum uerſum effugeres modum tamen & numeꝝ quendam oportet ſeruari:ante hũc.n.uerboꝝ quaſi ſtructura & quædã ad numeꝝ cõcluſio nulla erat:aut ſi qñ erat non apparebat.hæc ipſa in bruto:at Quintilianus Iſocrates inquit in diuerſo genere dicendi nitidus & comptus & paleſtræ:q̃ pugnæ magis accommodatus omnes dicendi ueneres ſectatus eſt:nec immerito auditoriis enim ſe non moliciis comparat inuentione facilis:honeſti ſtudioſus.in compoſitione adeo diligens:ut cura eius reprehendatur.HANC enim perfectam philoſophiam ſemper indicaui:Subaudi quæ uariare diſciplinarum cum facundia amplecteretur cognitionem. Nam philoſophiam dici uoluit: tam platonica:quã ariſtotelica ſecta. magnam quãdam diſciplinam:quæ cunctas in ſe ſe artes atq; ſcientias colligeret: quãq̃ Platoni placuit moralem ueram dici philoſophiam. SCHolas ideſt uacationes & ocia.nã ſcholazo.uaco ſignificat & ocior.unde ſchola ocium.DEClamitabam cauſas.Ideſt fictas actitabam orationes. id enim declamare eſt. SOCratica ratio.Platonis dialogi in quibus diſputat Socrates. Nam Plato in epiſtolis inquit:quæ ſcripſi ſocratis fuerunt.MALVM mihi uidetur eſſe mors: quæ a latinis mors a ueteribus græcis moros prima correpta dicebatur quod ſit animæ a corpore ſeparatio. nam merizo.unde moros diuidere ſignificat. CONſtare uis.Ideſt in eadem ſententia permanere. MISEriæ finis in morte Ita Ariſtoteles in ethicis. ait oĩum tremendorum finem eſſe mortem.TRIceps apud inferos Cerberus.Cuſtos inferorum ianuæ Cerberus dicitur a poetis hunc autem alii tricipitem dicunt:ut hic Cicero. Pindarus cẽtum ait habere capita: At Eſiodus quinquaginta cocyti fremitus:græce κῶκιῶ ululo dicitur.quia ululatus eſt inferorum.TRAIECTIO acheruntis.Acheron fluuius eſt prope acheruſiam:quod erachleæ promontorium eſt:inde ad inferos deſcenſus putatus eſt:hinc acherus acheruntis:ut trapezus trapezuntis:ceraſus ceraſuntis.hydrus hydruntis:inde Lucretius Acheruſia templa dixit.Acheron uero acherõtis : quare fallitur Priſcianus opinatus acherunte ſub imo a Lucretio dictum per.u.factum ab eo quod ẽ acheron.SITI enectus tantalus.Iouis & Plotidis nymphæ filius Tantalus hac torqueri pena apud inferos peribetur:ut demerſus in aquis potare non queat. ſuperne ad os poma pendere:& perpetua fame affligi.Euripides tamen & quidam alii dicunt capiti ſaxum iminere:quod ſignificat auarum hominem ueluti tradidit Lucretius.

Nec miſer impendens magnum timet aere ſaxum
Tantalus:ut fama eſt caſſa formidine torpens
Sed magis in uita diuum metus urget inannis
Mortales.caſſumq; timent:quem cuiq; ferat ſors

TYCII iecur a Tycio terræ filio ciuitas tityus uocata:ut a priolao priolaus ticyi filius batynus fuit nymphis:& caliſtrati ſententia.Euphemius ait neptuni & europæ ticyi filiæ filium fuiſſe polaum.de ticyo Lucretius.

Nec ticyon uolucres ineunt acherunte iacentem
Nec quid ſub magno ſcrutentur pectore quicquã
Perpetuam ætatem poſſunt reperire profecto
Quamlibet innani proiectus corporis extet
Qui non ſola nouem diſparſis iugera membris
Obtineat: ſed qui terrai totius orbem
Non tamen æternum poterit perferre dolorem
Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper
Sed ticyus nobis eſt hic in amore iacentem
Quem uolucres lacerant atq; exeſt anxius angor

Aut alia quauis ſcindunt torpedine curæ
TVm illud quod ſiſyphus uerſat ſaxum. Lucretius.
Siſyphus in uita quoque nobis ante oculos eſt
Qui petere a populo faſces ſanaſq; ſecures
Imbibit & ſemper uictus tris biſq; recedit
Nam petere imperium quod inane eſt nec datur unq̃
Atq; in eo ſemper durum ſuffere laborem
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte
Saxum:quod tum ſummo iam uertice rurſum
Voluitur. & plani raptim petit æquora campi

NEQVE profuit hilum. Nonius hilum breue quoddam. Lucilius quod tua laudes culpes non proficis hilum. feſtus hilum putant eſſe quod grano adheret ex quo nihil & nihilum. MINOS Rhadamanthus. Hi fuerunt Iouis filii & europæ:qui apud inferoſ iudices animarum etiam perhibentur. a Minoe minoides ſunt dictæ ciclades:quia Minos illis imperauit. ERIT maxima corona. Ideſt magnus hominum conſenſus. DELIrare. Inſanire ducta tranſlatione a foſſa agrorum quæ lyra dicitur ad excipiendam quæ officiat uliginem. DESertus eſſe poſſem. Ob ingentem multitudinem quæ id credit. ſane quænam ſit ratio animarum puniendarum. Diuus Auguſtinus docet de ſpiritu & anima inquiens. Animæ ſiquidem quæ in corporibus uiuentes per delectationem rerum uiſibilium corporalibus imaginibus afficiuntur a corporibus exeuntes in eiſdem imaginibus tormenta patiuntur: propterea enim corporalibus paſſionibus ibi teneri poſſunt:quia a coruptione corporalium affectionum hic mundatæ non fuerint:quam corpulentiam de corporis dilectione traxerunt quorundam animæ in eiſdem locis in quibus culpam commiſerunt puniuntur:quædam uero abditis receptaculis uſq; ad ultimam reſurectionem continentur:ſicut una quaq; requie digna eſt:uel miſeria. Idem. c.xlviii. pſalmo. Infernum hoc appellamus:quod inferior pars mundi ſit: dracones & omnes abyſſi. abyſſi profunditates aquarum ſunt maria omnia. nubiloſus iſte aer ad abyſſum pertinet ubi nubæs. ubi uis uenti. ubi tempeſtates. ubi pluuia coruſcationes: tonitrua:grandines:niues:& quicquid uult deus ſuper terram fieri omnia iſta hic fiunt prope terram:& aliquando ſunt homines in cacuminibus montiũ: & nubes ſub ſe uident & fiunt pluuiæ & apparent bene intentis iſta quæ perturbato aere concitantur hic fieri in iſta mũdi parte infima. propterea ad iſta caliginoſa ideſt ad hunc aerem tanquã ad carcerem damnatus eſt diabolus de apparatu ſuperorum angelorum. QVIS enim eſt tam excors. Amens ſicut uecors:quoniam uitalium potentia in corde reſidet & ſpiritus:unde & acumen ingenii: unde & cordatum ueteres dixere ſapientem. SI ENim ſunt nuſquã eſſe non poſſunt. Vt nullam loci teneant denominationem. alioqui intellectus:ut inquit Alexander:ipſeq; animus in loco non eſt: non enĩ in corpore tanquã in loco:quoniam corpus animi eſt inſtrumentum:qui euolat incredibili celeritate per omnes mundi tractus. IAM mallem cerberum metueres. Minus delirum inquit fuerit Cerberum metuere: & quæ de inferno diximus:q̃ impoſibilia factu & contraria credere. deducit enim Cicero ſecum diſputantem argumentatione ad id quod factu impoſibile eſt:quo demonſtrandi genere ſæpe utantur mathematici reſoluendo ſicut aliter ad principia perueniendo. Nam & a principiis quæ ſunt poſt principia. fiunt etiam argumentatione demonſtratiue. nempe componẽdos. HAEC quid de te recordere. Venuſta Ciceronis iriſio. CVM FVErint eos miſeros eſſe. Ideo miſeros inquit arbitror quia eſſe deſierunt. QVONIam me uerbo premis ideſt occupas nempe uerbo ſubſtantiuo:quia protuli uerbum dicendo ſunt miſeri. ID ESSE aut non eſſe. Nam de quodlibet dicitur eſſe uel non eſſe. AN TV dialecticis. Ideſt præceptis artis differendi Nam quæ a græcis dialectica a noſtris ars dicitur differendi. διαλεγομαι.n. diſſero ſignificat. NE IMbutus quidem es. Ideſt parum modo aliquid non attigiſti. imbutus enim qui hauſit aliquid modo. Horatius litterulis græcis imbutus:& idoneus arti. Feſtus tamen imbutum inquit eſt quod cuiuſpiam rei ſuccum bibit:inde infantibus an uelint bibere dicentes bu. ſyllaba contenti ſumus. SIC mihi ĩ preſentia occurrit. Nam ut nũc Cicero quod græci axioma pronunciatum dicit:ita aliquando proloquiũ. ſicut & Aulus Gelius

lus Gelius

lus Gelius aliquando effatum uelut in hortenſio. nempe fundamentũ dialecticæ eſt: quo quid enuncietur. Id autem appellant axioma: quod eſt quaſi effatum: aut uerum eſſe:aut falſum:modo enunciationem uelut nunc omnes ita ipſe in diſputatione de fa to:ut appellarem axioma.per ſe enim id nomen habet. At in argumentatione propoſi tio nuncupatur.indicatiuaq; oratio eſt q̃ ſolam orationem eſſe dialectici uoluerunt.ſo let quo dici axioma indemoſtrabilis oratio.nam in omni argumẽtatione admittitur aliqui uiã ut pote principium ueluti omne totum eſt maius ſua parte.aut recipitur pro confeſſo. Cum tamen egeat probatione id axioma nuncupatur.non quod in queſtio ne poſitum eſt.non etiam illud:ex cuius conſenſu nexus efficitur. AVT NIHil dicis omnino.Nam ſi neq; uerum:neq; falſum dicis nihil dicis:at qui ſine uerbo.nec uerum nec falſum pronuncians nihil ergo dicis. CVM AIS miſer.M.Craſſus. uideo calcem ideſt mortem.NIHIL Sit præterea extimeſcendum.Nam ut etiam inquit Ariſtoteles omnium tremendoꝝ finis eſt mors.MORI.VOlo:ſed me eẽ mortuum nihil eſtimo: Eſt ẽt illud epicharmi καὶ ἀπηλθεν ὅθεν ἠλθε παλιν γᾶ μεν εισ γαν: πνευμα δανω. uerbum uerbo reddam hoc dicit:& abiuit unde uenit iterum.terra quidem in terram. ut ſpiritus autẽ ſurſum. VT ENIM nõ efficias quoduis.Quamuis inquit non efficias ut bonum ſit mors.INTERpellabo.Ideſt loquentem interrumpam.nam interpolare eſt in nouam formam redigere.Plautus in Amphitryone . illic homo me interpolla- bit.meumq; os finget denuo:& interpolles uetulæ quæ ſe in nouum formant modo ut uiris placeant.Idem albi tum iſtæ uetulæ interpolles edentulæ.Plinius Libro. xviii. & ſpartum alitur.etiam diuerſum ueluti natalium ſit impenſa eſt quidem eius natura interpollis. Nonius . Interpollare eſt mittere & interponere ad nouam formam euer- tere.fingere.M.Tul.in uerrem actione ſecunda aliquid demendo mutando interpol- lando. & eſt tractum ab arte fullonia:quæ poliendo diligenter uetera quæq; quaſi in nouam ſpeciem mutant. CONTInentem orationem.Sermonẽ perpetuum. PYThius apollo. A pythone ciuitate ubi colebatur pythius eſt appellatus Orpheus.

ὦναξ πυθῶνοσ μεδέων ἑκατηβόλε μάντι.
ὃσ λάχεσ ἠλίβατου κορύφη σπαρνασΐδα πέζυν.
σῆυ ἀρέτην σῶ μυῶ.

SED VT homunculus unus.Hoc Platonica imitatione ex timeo ſumptum eſt. PER- cipi ea poſſe dicunt.Ideſt mathematicis demoſtrationibus comprobari.TV VT uide- tur.Sub audi facito. eſt enim allipticos dictum.SVNt enim qui diſceſſum animi a cor pore.Hic Cicero incipit uarias philoſophorum de anima aperire ſententias. Itaq; non erit alienum nos quoq; eminentiorum tradere opinionem philoſophorum.Democri tus enim & Epicurus:ac ſtoicorum philoſophorum omnis conuentus corpus animã eſſe pronunciauerunt qui tamen inter ſe differunt in eſſentia eius diſtinguenda.Nam Stoici ipſam flatum dicunt & calidum & ſucceſum.Critias ſanguinem.Hipon philo ſophus aquam.Democritus ignem globoſas namq; figuras a tomorum unde ignis & aer conſtat animam dixit efficere.Eraclitus uniuerſitatis anima euaporationem de hu miditatibus:at in animalibus exoriri eius generis euaporatiõem tam intrinſecus q̃ ex- trinſecus eamq; eſſe animam. Atqui animam dixerunt uacare corpore.opinione in nu merabili inter ſe diſcentiunt:quorum alii eſſentiam dixerunt immortalem: At alii ua- care quidem corpore.at neq; eſſentiam:neq; immortalẽ. Tales igitur primus animam dixit ſemper ſeſe mouentem.Pythagoras uero numerum ſeſe mouentem . A ſclepia- des medicus coexertationem ſenſuum. Alchmeon immortalem eſſe animam pronũ- ciauit:quod immortalibus a ſimiletur.Id autem ei in eſſe ut ſemper moueatur:ſicut di uina omnia lunam ſolem.ſtellas & celum totum.Galenus nil quidem profert ſed in- demõſtratiuis ſermonibus de anima ſe dicturum nihil oſtendit uiſus tamen eſt a pro bare animam temperamentum eſſe atque complexionem: uerum ſi temperamentum corporis anima eſt.Cum nullum ſit ſine temperamento corpus omne corpus habebit animam:ergo neq; lapis:neq; lignum:neq; ferrum anima carebunt . Plato autem ani- mam ait eſſe eſſentiam intellectiuam per ſe mobilem in numerum armonicum . Ari- ſtoteles uero ait enthelechiam primam corporis naturalis inſtrumentalis potentia ui tam habentis . Clinarchus armoniam quattuor elementorum: hoc eſt concordiam

BIBLIOTECA UNIVERSITAR DE GRANADA

elementorum nempe & calido & frigido & humido:& arido conſonãtiam.Manichei
unã putauerunt eſſe animã diffuſam in oẽs at rurſus in ſeſe redeuntẽ:quorum alii mul
tas ac differentes ſpecie. Alii unã ſpecie & multas numero. ALII Cor ipſum animus ui
detur.Plato Democrituſq; in toto capite eſſe animum dixit.Straton in parte capitis an
teriore . Eraſiſtratus in cerebri cartilagine:q̃ uocat epicranida.herophilus in cerebri ca
uitate:q̃ ab eo baſis nominatur parmenides in toto thorace:& epicurus:& ſtoici oẽs
in toto corde:aut in ſpiritu:qui circa cor.Diogenis in cordis cauitate arteriaca q̃ ſpiri.
talis eſt.Empedocles in ſanguinis cõſtitutione. Alii in cordis colo. Alii in cordis char
tilagine. Alii in ſæpto tranſuerſo:quod diafragma a græcis nominatur.poſteriores q.
dam a capite ad ſæptum trãſuerſum uſq; penetrare.Pythagoras uitalem uim circa cor
rationalem & intellectiuam circa caput.Pythagoras tamẽ & Plato animam trifariam
diuiſerunt.Primo rationalem indiuiſibilem fecerunt irrationalem autem partiti ſunt.
ĩn iraſibilem:& concupiſibilem q̃ diſtributionem Ariſtoteles quoq; ſecutus eſt. Stoici
ex octo partibus conſtare uoluerunt quinq; ſenſibus atribuendo.Sextam uocalem ap.
pellando ſeptimam ſæminalem.Octauam ducem.a qua hæ omnes deducantur tanq̃
polipodis fibræ.Democritus & Epicurus binas ei partes atribuerũt rationalem.in tho
race reſidere dixerunt:at rationis expertem in toto corpore diſperſam.Democritus in
ſuper nihil uacare putauit anima.Nam & mortua corpora aliquid animæ habere ratus
eſt:& ubicunq; caloris eſſet aliquid.ſenſibili parte multa diffluente. IPSE Autem ani
mus ab anima dictus eſt Nam uidetur uterq; dictus ab eo quod animos græce:uentus
latine dicatur animum tamen ſolemus mentem:& rationis ſedem appellare. animam
uero rationis expertem. ZENONI ſtoico animus ignis uidetur. At in totum ſi anima
corpus eſt ergo paſcitur.& ſi minuitur ſanguis minuatur ip̃a neceſſe eſt:quod minima
uerum. VERVM numerum dixit eſſe.Hoc ſi eſt ergo quantitas diſcreta cum tamen
ſit anima continua.Quendam phytiotam ſenem φυτιόν namq; locus eſt aquo phytio
ta.QVAM ait a deucalione ortum.Sane prometheus & apimetheus fratres filii iape
ti fuere:ut alii aſopi & clymenes: uel themidis.epimethei autem & pãderæ:quam om.
nes dicuntur dii procreaſſe deucalion & pyrrha . QVAttuor illa genera principiorũ
eſſet complexus.Quattuor dicit elementa.terram.aquam.aerem.ignem.QVINTam
quandam naturam.Quintum dicit elemẽtum nempe. æthera.ſane Ariſtoteles:ubi de
animalibus locutus eſt inquit ſubſtantiæ quæ natura conſtant partim in genitæ imor
taleſq; ſæculis ſunt omnibus partim ortus participes:atq; interitus intelliguntur:ſed
partem illam æternam & perinde nobilem ac diuinam minus ideo poſſumus inſpice,
re:quod admodum pauca illiuſmodi ſenſui patent quorum beneficio : tum de ea ipſa
parte diuina tum de eis:quæ noſſe cupimus facultas nobis cogitandi indagandiq; ſup
peditetur res mortales:ut ſtirpes:ut animantes.Idem aliquanto poſt proprium autem
eſt finis cuiuſq; generationis quamobrem demente etiam quo nam tempore & quo,
modo & unde eam recipiant:quæ principium id participant plurimum dubitatur.&
paulopoſt.reſtat igitur ut mens ſola extrinſecus accedat eaq; ſola diuina ſit.nihil enim
cum eius actione cõmunicat.actio corporalis.ſed enim omnis animæ ſiue uirtus.ſiue
potentia corpus aliud participare uidetur.idq; magis diuinum q̃ ea quæ elementa ap,
pellantur:uerum prout nobilitate ignobilitate ue animæ inter ſe differunt:ita & natu,
ra eius corporis differt.Item corpus autem geniture in quo ſæmen animalis principii
contentum una prouenit partim ſeparabile a corpore in quibus diuina pars compræ,
henditur qualis eſt:quæ mens appellatur.partim inſeperabilem hoc in quam genitu,
ræ ſæmen diſſoluitur:uerſumq; in ſpiritum euaneſcit. QVINTum genus adhibet ua
cãs nomine:& ſi ipſum animum entelechiam appellat.Chalcidius quam appellat Ari,
ſtoteles entelechiam hæc forma eſt corporibus accidens ut cenſet Plato:quam hic ſpe
cialem eſſentiam nuncupat.& eſt imago ſpeciei puræ a corpore & intelligibilis penes
quam dignitas exemplaris igitur iuxta hanc formam qua formantur corpora nomina
eſſe impoſita rebus uerum eſt animam tamen eſſe formatilẽ:hanc ſpeciẽ nemo ei con,
cedit hoc quippe formatile fit:& corrumpitur corporibus ſolutis . anima uero omni ẽ
corpore antiquior habẽs olim & ante coniugationẽ corporis. ſubſtantiam propriam
extinctiſq; animalibus ſeperatur:ſine perpetuitatis in cõmodo:utpote quam conſtet in

æterno

æterno eſſe motu. Alexander autem inquit potentia quidem prima exiſtentia. entelechia uero poſtrema. nã diſſoluto uniuerſo horum entelechia quodlibet efficitur. Nicephorus uero Ariſtotelicam animæ diffinitionem. ita exponit entelechiam inquit primam dixit perfectionẽ actionis producẽtem: nouit nãq; & ſecundã entelechiam. nempe actionem inquit igitur animam primam entelechiam. ideſt perfectionem habẽtem: ob q̃ perfectum habet corpus uiuere agnatum. hoc enim eſt potentia uitam habens nõ quod prius ſit corpus potens uiuere. non utiq; & uiuens etiam tunc actio ei efficit̃ aduentante ei anima. hoc enim neq; in animalibus: neq; in ſtirpibus eſt prorſus inuenire ſed omnino animalium ſimul. & ambo corpus & anima. Cæterum entelechia prima corporis dicitur. potentia uitam habentis anima. propter lignum: propter lapidem propter ferrum aliaq; omnia. quibus non eſt agnatum & poſſe uiuere. adiectum autem eſt naturalis ob artificialia corpora ut ſellæ uel lecti: uel alterius arte fabricati ubi non eſt perfectio neq; ulla anima. At Nemeſius Ariſtotelicam animæ reprehendẽs. animæ diffinitionem primam inquit entelechiam uocat formam. ſecundam uero actionem. atqui prima pars paſſiea eſt animæ: quã aĩam uocat. rationalẽ ab ea ſeparans. oportuit uero omne ſimul accipere hominis animam. ac non a parte diffinire. entelechiam igitur Ariſtoteles dixit: quod enteles. perfectionem ſignificet & echo habeo. QVAſi quandam continuatam motionem & perennem. hic inſtiterunt quidam aduerſus Ciceronem. exiſtimantes non enthelechiam per te litteram. ſed endelechiam per. d. litteram fuiſſe interprætatum. quod endelechia continuationem ſignificet quaſi uero uerbum uerbo interprætari ſit neceſſarium. Cum ſæpiſſime cõtra fiat. nam ſicut ethimologiam. ueriloquium uerbum uerbo reddentes dicimus: nec minus originationem quod græce pathos potius affectam uel perturbationem: quam paſſionem dicimus non uerbũ: ſed ſenſum ſecuti. ita analogiam proportionem dicimus quod græci dolopis Cicero uecors tranſtulit. quod nihil cum uerbo habet commertii: & infinita eius modi alia. ſatis ergo habet Cicero ſi aperit ſenſum ariſtotelicum: quem opinatus eſt his uerbis explicari. ſiquidem motionem neque in neutro uerbo inuenias ſiue per a: ſiue per t ſcribas. At quod dixit perennem magis congruit cum entelechia quia entelis perfectum dicitur. Cum igitur putauerit Ariſtotelem uoluiſſe ad motum animæ perpetuam perfectionem referre animæ. ſine ullo interuallo ut res habet: & ut ipſe etiam confitetur. tranſtulit continuata motionem & perennem. ut mentem aperiret Ariſtotelicam. LEVIBVS & rotondis corpuſculis. Ideſt Antomis illis inquam puſillis corporibus: quæ rerum omnium fecit principia. CONCVRSV quodam fortuitu. Omnia ſiquidem fortuna & caſu fieri ratus eſt. APVD ISTos: Subaudi autores atomorum. ut Democritei & epicurei. SPEM afferunt. Quippe quod animam eſſe dixerunt immortalem. DO VERO. Subaudi interire QVAMVIS optimam. Ideſt quantumcunque optimam. QVOD in omnibus cauſis. Ideſt in omni quæſtione autorum optimorum plurimum ualet approbatio. qua & ipſe Ariſtoteles frequẽter utitur. ET PRimum quidem omni antiquitate. Volens Cicero animorum oſtendere immortalitatem argumentum ſumit probabile ab eo quod ſenſerunt antiquiſſimi. hoc enim probabilis argumenti proprium eſt: ut ab antiquis a peritioribus a multis capiatur argumentum quod non poetis & oratoribus modo: ſed etiam philoſophis eſt uſurpatum. Nam & Ariſtoteles ubi connititur mundi æternitatem oſtendere. etiam ab antiquiſſimorum opinione ut hic Cicero argumentatur. ET Diuina progenie. Crediti eñi ſunt primi illi homines a cæleſtibus eſſentiis ortum duxiſſe: id quod in geneſi Moiſes. uidentes inquit filii dei filias hominum: quod eſſent pulchre acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant. QVOS caſcos appellat Ennius. Caſcos inquit Feſtus priſcos Ennius dedit intelligi ut illo uerſu. q̃ primũ caſci populi genuere latini. NEq; ex ſenſu & uitæ ſubaudi corporeæ qua nũc fruimur. nã uita per animã & in aĩa ẽ: & perinde p aĩam a corpore exeuntẽ uitã adhuc habemus. E PONTificio iure: qđ ſanxere pontifices nẽpe de rebus ſacris ita appellati: a poſſe & facere uel uarro putat a ponte ſublitio tum extructo. tum reparato. ET Cærimoniis. Quæ uocabulo græco noĩamus myſteria dictæ cerimõiæ a cerete oppido: ut ait Valeri9 maxim9 unde repatæ q̃q̃ a carẽdo qdã dixerũt.

IN Cæteris humi retineret. Ita enim illi migratione a terris in celum eſſe putauerũt il
luſtrioribus.Nos uero longe melius etiã ignobiliſſimis per fidem ſpem:& caritatẽ:quã
in dño noſtro Iheſu xp̄o habemus.CVM diis agit æuũ Ideſt uiuit.ꝑpetuũ æuũ.n.quaſi
αἰεὶ ὤν ideſt ſemper exiſtens.HINC liber.Ideſt bachus : ſed quia multi fuere nominis
addit.DE SE male natus.Q ui inuentor uitium colendaꝝ ob beneficium datum mor
talibus pro deo cultus eſt.TYNdaride fratres.Caſtora & polucem dicit. Oebalus enim
perieris filius lacedæmoniis imperauit:huius filii tyndareus icharus arne:& hyppotho
on . Tyndareus autem ledam habuit uxorem : quæ tradita eſt a Ioue in cigni formam
mutato compræſſa:cuius compreſſus peperit oua bina e quorum altero clytemneſtrã:
& ælenam habuit:ex altero autem caſtora & pollucem . extaumantia rammiſia : quæ
ea fouit oua:ut ait calimachus. Q VID ino Cadmi filia.Traditur in fabulis athamas a
Iunone in furorem deductus ob uxoris athamantis ſæmelem a Ioue dilectam pelicem
Iearcum filium.ſagitis confixiſſe:cuius metu correpta ino palemonem filium comunẽ
ſuum & athamantis amplecta ſe miſit in pelagus:unde mutato nomine ambo marini
dei habiti ſunt.Ino quidem a græcis leucothea ideſt alba dea a latinis matuta nomina
ta.Ouidius leucothea grais matuta uocabere noſtris.palæmon autem a græcis meli
certes a noſtris portunus . Ouidius quem nos portunum ſua lingua palemona dicit.
HVMano genere completum eſt Ideſt hominibus refertum:qui alterius in cælum cõ
migrarunt.Q VONiam es inimicatus.Ideſt religionis initia ſubiuiſti.PHIſica didiciſ
ſent.Ideſt naturæ cauſas cognouiſſent:quas eruere & ſcrutari moliti ſunt phyſioloi.VI
SIS quibuſdam.Viſa uocat: quæ græci phantaſmata. DE DIIs praua ſenciunt priſci
namq; illi preſertim poetæ:quos coluerunt deos.eoſdem multis teneri uitiis cõfixere.
LEX Naturæ putanda eſt. Q uia non cuiuſpiam ſanctione:ſed animæ natura firmata
eſt.SERit arbores.Velut palmas:quæ centeſimo poſtea anno uix fætum primum ede
re perhibentur. IN SYNEphebis.Fabulæ ennianæ nomen eſt ſinephœgi. Q VA
rum aſpiciet baccham ipſe nunq̃.Ideſt fætum dicitur bacha bachans mulier & bacha
unio:ſiue margarita.Horatius.quæ rotõdioribus honuſta bacis ambulet : & bacha ſine
aſpiratione fætus arborum.Iuuenalis.bacha nutrita ſabina.& hic proprie tamen diſtin
guitur:ut teneri corticis fœtus poma a potu dicantur . ſicut duri corticis nuces qui ue
ro medii inter utroſq; glandes.nam & inter glandes Plinius poſuit caſtaneas.At bacha
uelut oliuæ.Corna.& lauri fœtus.Adoptiones filiorum.Cum in alienas tranſeunt hæ
redes familias.SEPVLchrorum monumenta.Vlpianus de religioſis ſumptibus fune
rum.LOCum in quo ſeruus ſepultus eſt religioſum eſſe.ariſto.ait florentinos monu
mentum generaliter eſt memoriæ cauſa impoſterum prodita in quo ſi corpus.uel reli
quiæ in feratur fiet ſepulchrum.ſi nero nihil eorum inferatur erit monumentum.me
moriæ cauſa factum quod græci centophion appellant. Q VOD elogia ſignificant.
Elogium eſt teſtificatio de aliquo.ſiue uituperationis:ſiue honoris cauſa. Quintilianus
ſi & heredatum a ſe filium pater teſtatus fuerit elogio : quod is meretricem amaret.
OCIOſo temiſtocli.Qui dux fuit athenienſium. LICuit epaminundæ.Q ui dux the
banorum de quibus ducibus pleriq; multa: ſed inꝰprimis Emilius probus.AVGurium
futurorum.Augurium præſagium dicit.NEC Funere faxit.Superuacuum eſt fletu qđ
etiam metrum reſpuit.Cum ibidem dixerit nemo me lachrymis decores. VOLito ni
nus per ora uirum. Ninu legendum eſt. ſolebant enim ueteres in carmine.s litteram
elidere.ut etiam Cicero meminit in oratore quo uocalis antecedens corriperetur:ut
ſæpe Lucretius fecit ſicut fierent ex infantibu paruis & ennius oua parire ſolet genu pẽ
nis cum decoratum. Q VID enim fidias . Huius rei meminit Valerius maximus:ſed
Ariſtoteles aliquanto uberius in libro de mõdo inquiens φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν
φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, ἐν μέσῃ αὐτῆς τῆς ἀσπίδος τὸ ἑαυτοῦ
πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διαφανοῦς τινος δημιουργίας. ὥστ᾽ ἐξ
ἀνάγκης εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε, καὶ συγχεῖν, hoc ẽ aiũt ẽt
ſtatuariũ fidiã mineruæ inarce ſtatuã fabricaſſe ĩ cuiꝰ ſcuti medio ſui ſimilẽ.ita ĩcluſit fa
ciẽ & ſtatuæ alligauit pſpicuo opificio:ut ſi qſpiã an ferre uoluiſſet.tot uniuerſã ſtatuã
diſſolueret:atq; cõfunderet. Sed ut deos eſſe nã opinamur deos celeſtes uocat eſſentias

uel quia

uel quia deos græce latine metus dicitur.quia metuendi ſint uel mutatione litteræ ab eo quod græce theos dicitur.accurrendo nomen habens. quod corpora celeſtia perpetuo ſint in curſu: ita namque Plato nam maximus ille opifex cuius nutu reguntur omnia nomine nullo comprendi poteſt ſicut nequidem mente ulla at probari facile poteſt eẽ numen.nec enim quiſpiam poteſt ambigere eſſentiam eſſe q̃ quilibet ſpeſtat ut lapis eſt:& lignum & equus:& homo.fateatur & quilibet ſenſum in eſſe anima li.tangit enim & uidet & audit & olfacit & guſtat.uis quoque imaginandi perſpicitur ut in araneis:apibus formicis eſt memoria uelut canibus:& equis. at eſt etiam inter iſta omnia uis quædam melior.Cognoſcendi intellectilis.unde artes atque ſcientiæ. unde cogitatio ſolers.ſe in cælum uſque attollit.Cum hæc ita eſſe manifeſtum ſit.neceſſario aliquid eſt excellens a quo hæc componuntur neq; enim domus aut nauis.ſine artifice poteſt fabricari.Cum ergo hæc ſpecioſiſſime compacta.ſine opifice eſſe non potuerint.& cum hæc omnia temporale habuerint principium. illum opificem. ſine tempore ullo eſſe neceſſe eſt & quoniam hæc corruptioni ſunt obnoxia. illum opificem omnino temporis expertem atq; incorruptibilem eſſe neceſſe eſt. ſi igitur quod productum eſt.eſt aliquid.eſt etiam aliud quod antecedat.ſi eſt ſenſus. eſt aliquid ſupra ſenſile.ſi eſt intellectus ac mens.eſt etiam ſupra id intelligens atque eminens: & ob hoc deus eſt.EX QVO dictum eſt mori.Cicero ipſe in libro de legibus hic eſt inquit ille ſitus uere nam ſiti dicuntur hi:qui conditi ſunt.nec tamen eorum ante ſepulchrum eſt q̃ iuſta facta.& corpus ceſum.& quod nunc comiter in omnibus ſepulti penitus humati dicantur.id erat proprium.tum in iis quos humus iniecta contegerat.eũ que morem ius pontificale.Confirmat.nam priuſq̃ in eos iniecta gleba eſt. Locus ille ubi crematum eſt corpus.nihil habet religionis.iniecta gleba tumulis & humatus & gleba uocatur.adſum atque aduenio Acheronte:ut apud Euripide in Eucuba Polidori loquitur imago.

ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
λιπὼν, ἵν' ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως,
πριάμου τε πατρός.

ATQVE Ardua.Ideſt uix ſuperabili.SAXIS pendẽtibus.Ideſt præruptis.ac ruinam minantibus.CALIgo inferum.Obſcuritas inferorum.NON poterant mente complecti.Quia ſub ſenſum corporis non cadunt animi.inde homeri tota necyomantia ideſt mortuorum diuinatio.quia necys.os mortuus & mantia diuinatio. dicitur autem ab aliis pſychopõpia & pſychagogia & necromantia.pro eodem. nicephorus itaq; aiunt igitur inquit græcorum & chaldæorum ſapientes.alios quidem demonas eſſe aerios. alios aquaticos ac marinos.alios tereſtres.alios ſubterranea incolẽtes.& eorum alios gaudetur nidoribus.alios cruoribus.alios inquinamentis quibuſdam.& adhuc alios aliis ideo in oraculis mandaſſe appollinem.aliis atq; aliis utendum ſacrificiis pernecyomantias.perhydromantias.aliis per aeromantias & aliis per alias.atq; hæc Apollo in oraculis. quemadmodum inferis in foueam mitendum ſanguinem. Cum melle nymphis.nec non uinum apud Homerum Circe Vlyſſem facere iubet. his uerbis.

ἤτοι ἐς ἅδην κατιόντα βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα· ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσι νεκύεσσι. πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέι οἴνῳ· τὸ τρίτον δ' αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν. αὐτὰρ ἐπὴν εὐχῇσι λίσῃ κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν, ἔνθ' οἶν ἀρνειὸν ῥέζειν, θῆλύν τε μέλαιναν. αὐτὸς δ' ἢ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, ἧσθαι μὴ δ' ἐᾶν νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα αἵματος ἆσσον ἴμεν πρὶν τειρεσίαο πυθέσθαι.NECROmantia faciebat. Ideſt diuinationes de mortuis.quia necrosmortuus & mantus nates.AVERni lacus.Lucretius.

Principio quod auerna uocantur nomine id ab re
Impoſitum eſt:quia ſunt auibus contraria cunctis
E regione ea quod loca cum uenere uolantes
Remigio oblitæ pennarum uele remittunt
Præcipiteſq; cadunt molli ceruice profuſæ
In terram ſi forte ita fert natura locorum
Aut in quam ſi forte lacus ſub tractus auerni

PVLMONum ui.Ideſt arteria per quã ſpiritus reciprocatio. REVOcare mentem a
ſenſibus.Ideſt a cogitationẽ abducere a corpore.AB CONſuetudine.Ideſt ab eis quæ
ſentire conſueuimus.FER Erides ſyrus.Is præceptor fuit Pythagoræ: qui pediculari
periit morbo & primus ſoluta ſcripſiſſe perhibetur oratione.MEO Regnante gentili.
Gentiles inquit ipſe in topicis ſunt qui inter ſe eodẽ nomine ſunt.non eſt ſatis:qui ab
ingenuis oriundi ſunt.ne id quidẽ ſatis eſt:quorũ maiorum nemo ſeruitutẽ ſeruiunt
ab eſt etiam nunc:qui capite non ſunt diminuti hoc fortaſſe ſatis eſt.nihil enim uideo
ſcæuolã pontificẽ ad hanc diffinitionẽ addidiſſe.MEO REgnante gentili. Ideſt Tul-
lio rege:unde nos ducti.Silius italicus in octauo.

Tullius æratus raptabat in agmina turmas
Regia progenies:& tullo ſanguis abalto
In dole proh quanta iuuẽnis quantũq; daturus
Auſoniæ in populis uentura in ſæcula ciuem
Ille ſuper gangem ſuper ex auditus:& indos
Implebit terras uoce:& furialia bella
Flumine cõpeſcet linguæ:nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiq̃ ſperare nepotum.

Ipſe autẽ in bruto uidetur ei accidere ſententiæ:ut ab alio Marco Tullio uideatur de-
ſcendere cũ dicit:ut ſi ego me a Marco Tullio eſſe dicerẽ:qui Patricius cũ Seruio Sul-
pitio Conſul anno.x.poſt ex acto reges fuit. MAGNAM illã græciam. Nam magna
græcia olim pars Italiæ illa ultima ad ionium pelagus eſt appellata Ouidius itala nã
tellus græcia maior erat.uenerat Euander magna cũ claſſe ſuorũ.uenerat alcides. Cla-
rus uterque genus. NVLLI alii docti uiderentur.Quod eximius fuerit mathematicus
nec quiſpiam ſine mathematicis doctus fuerit exiſtimatus.NISI Quod erat numeris:
aut deſcriptionibus explicandũ.Ideſt mathemaricis demonſtrationibus cõprobandũ
quæ aut numeris:aut figuris ſolent explicari muſica nãq; tota ratio atq; ſubtilitas ratio
nibus:ac proportionibus numeralibus cõprobatur ſicut Aſtrologia non numeris mo
do:ſed etiã figuris tã ſolidis q̃ planis ad omnes aſtrorũ motus cõprobandos.ARChitã
tibi mætũq; cognouit illuſtres ſane philoſophos mathematica doctrina in primis inſi
gnes ac quia timæi ſecutus eſt ſententiã de mondi ortu eadẽ fere quæ ille diſputauit.
QVAM cũ iſtis. Sub audi aliis philoſophis.MACTE uirtutæ.Ideſt magis auctæ.Ho
ratius macte uirtute eſto inquit.ſnĩa dia Catonis. TERRAM in medio mundo ſitã.
Hoc nanq; tã Ptolemæus.in primo magnæ conſtructionis mathematicæ : & Cleome-
des de modo locutus.& in euclidẽ in phenomenis q̃ multi alii cõprobarunt.AD Vni
uerſi cæli cõplexũ.Recte Cicero ad uniuerſi cæli complexũ dixit:quia ſi a terra ad om
nia cæli eſtrema lineæ perducantur omnes erunt æquales:ſicut a centro circuli ad cir-
cuncurrentẽ lineã.non tamen de omnibus globis.idẽ dici potuerit.Quoniã eorũ alii
homo centri.alii eccentri ſunt.unde & uagæ ſtellæ:quæ uoce græca planetæ nuncupã
tur:modo terris proximæ inuehuntur:modo longiſſime diſtant:& terra ad lunæ glo-
bũ puncti uicẽ non habere cõprobatur.QVAſi puncti inſtar obtinere.Recte quaſi ob
magnitudinẽ:ſed ideo puncti inſtar quod cũ herentes Cælo ſtellæ terra maiores eẽ cõ
probentur ſuſpiciẽtibus tamẽ in cælũ nobis puncti tamen uicẽ habere uideãtur & pun
ctũ genere neutro.ſicut inter punctũ dicimus.nõ ut hodie barbare punctus:quod eue-
lides ita diffinit punctũ eſt cuius pars nulla:q̃q̃ ibi legendũ non punctũ:ſed ſignũ:quo
niã græce ſimion non centron legitur.id quod etiã diuus teſtatur Auguſtinus de quã
titate animæ locutus inquiẽs:quod nullã diuiſionẽ patiatur punctũ uocatur. Cũ me-
diũ tenet figuræ ſi aũt principiũ lineæ eſt: uel lineis aut etiã finis:uel cũ omnino aliqd
notat quod ſine partibus intelligendũ ſit:nec tamen obtineat figuræ mediũ ſignũ di-
citur eſt ergo ſignũ nota ſine partibus.eſt aũt punctũ nota mediũ figuræ tenẽs.ſignifi-
canter ergo Cicero locutus eſt.inquiẽs quod centron illi uocant:quia græce centao
pungo ſignificat.VT TERrena & humida.Ideſt quæ e terra & aqua ſunt. SVO Parte
nntu.Ideſt a natura inſito quoniã cũ in rectã lineã.quattuor elemẽta moueantur.terre
na quidẽ & aque a corpora deorſum ad mondi centrũ deſcẽdunt.Surſum uero ſubuo
lant ignis & aer.ſua leuitate.AD PARES angulos in terrã & in mare ferantur.Ideſt ad

angulos rectos.queādmodum licet perſpicere ex fabris murariis cum plõbeum a mu ſim:quo directum extruant parietem mittendo.ad perpendiculum etenim cadens ſuo pondere angulos rectos facit utrobiq̃.Nā linea recta ſupra rectā cadens:ut ĩ diffinitiõi bus poſuit euclides elementariis.ad ppendiculum angulos utrobiq̃ rectos facit. terra igit̃ & aqua ex aliena regione in ſuā:quia grauia corpora ſunt.ad perpendiculū caden tia angulos utrobiq̃ pares facient.ſane ſciendum eſt queādmodū Eutotius etiā cõme minit aſcalonita.cū ſit cõmune genus.grauitatis:& leuitatis momentum Ariſtotelem & Ptolæmeū timæum apud Platonē ſecutos omne momentū dixiſſe a grauitate fieri. & leuitatē.priuationē arbitrari:id qđ a quouis perſpici põt.ex eo quē Ptolæmeus ſcri pſit de momentis libro.necnõ ex Ariſtotelis phyſicis traditionibus.timeoq̃ Platonis: ac eoꝝ interpratibus.Archimedes aūt in libro equere pontibus centrū momenti pla næ figuræ eſſe cenſuit a quo acõmodatus paralellus.maneat horizonti.quē lingua lati na finientem appellamus:duoꝝ aut plurium planoꝝ centrum habente momento nē pe grauitatis.a quo ſtatera accõmodata paralellus eſt horizonti ut ſit triangulū.a.b.c. in cuius medio.d.a quo paralellus accõmodatus . maneat horizonti. nõ dubiū quin ſint futuræ aquæ repentes.a.b.c.partes inter ſe & neutra magis altera.repet ad horizõ tem ſimiliter autem ſtatere exiſtente.a.b.& accõmodatis ex ipſo.a.b.magnitudinibus ſi accõmodatus ſtater.a.c.æqui repentes habeat partes.paralellus manſerit horizonti. & per centrum.d.accommodationes.a.b.magnitudinum.




VT ILle ſuperioris.Subaudi mundi & intelliguntur terrenæ & humidæ.SICcæ.Ideſt ignea & aerea.RECTis lineis.Quia lineaꝝ ut Ariſtoteles inquit a Platone ſumēs tres ſunt ſpecies.recta:circularis:& quæ & is conſtat.Appollonius tamen pergeus.quartam addit ſpeciem:quæ circa cylindrum.ac ſicut omnis linea diffinitur linea eſt longitudo latitudinis expers:ac linearum inquit geminis aliæ ſunt planæ.aliæ ſunt ſolidæ.planæ quæ in plano ſub intelligentia cadunt.ſolidæ quæ ex ſectione ſolidæ figuræ aperiunt̃. Nam hyperbolæ de qua mox dicetur.ſolida eſſe linea cõprobatur. Coni ſiquidem li nea eſt.diffinitur autē recta linea hoc modo.linea recta eſt.quæ ex æquo intra ſua pun cta includitur.SIVE illi ſint animales idem ſpirabiles.Hoc dicit ſiue ſint ex aere unde ſpiritus:ſiue flatus.nam & uenti animæ dicuntur quia anenios græce uentus dicit̃. Ho ratius.Impellunt animæ lintea thraciæ:ſiue igneæ ſurſum meabunt non in terris mo rabuntur.SI VEro aut numerus quidā ſit anim⁹.Pythagoras enim numeris cuncta de finiens inuenit muſicam ideſt armoniā:& concentum proportionibus conſtare . nēpe tonum in ſeſqui octaua proportione diateſſaron in ſeſqui tertia.diapende in ſeſqualte ra.diapaſon in dupla.diapaſon cum diapente tripla:diſdiapaſon in quadrupla : & ani mam harmoniam habere quandam:ita etiam uirtutes ad numeros reuocauit.Pruden tiam quidem ad unitatem retulit.ſicut ad fortitudinem binarium.temperantiā ad tri narium iuſticiam ad quatrenarium.quattuor quoq̃ animo attribuit . mentem & ſcien tiam:& ſenſum:nam hunc numerum maxime putauit abſolutum.quod ut inquit Ari ſtoteles in problematis in decem proportionibus:quattuor cubi perficiantur : quibus pythagorei cuncta conſtare uoluerunt.inde quaternarum numerum maximum iuſiu randum eſſe duxerunt.quod his ipſorum uerſibus comprobatur.

ου μα τον αμ τρε αψυχα παιδονταϲ, τεξακτιω
ὅαγαν αεγαου φυσεωσ ειξωμα τε χουσαν

QVOD ſubtiliter magis quā dilucide dicitur.Subtiliore inquit ratione diſputatur.q̃ perſpicue dinoſci poſſit.AVT quinta illa non nominata:magis q̃ non intellecta natu

ra. Ariſtotelicā aũt dicit diffinitionem:quā enthelechiā appellauit primā. tres ſupra di
ximus hoc nomine res appellatas.informē materiam formā ipſam.& coniunctim ma
teriā cum forma:quemadmodum. Catellus ſtatim natus oculos quidē habet ideſt ma
teriā cum forma oculi:nec dum tamen uidet.Ergo illā non habet enthelechiā quæ ui
dendi actus nuncupatᷣ:ſed ĩpotētia tm̃:qd' ſi anĩa eſt prima ut ait Ariſtoteles entelechia
corporis eſt ergo forma:qd' ſi corporis forma eſt uitā ĩpotentia habentis.CVM ſit uita
in anĩæ:nec ſine aĩa eſſe poſſit:quia uita eſt pp aĩam :& aĩa uiuit pp uitā. Cũ ergo cor
pus uitā habeat ĩpotentia ideſt aĩa:hac p hoc formā.eſt ergo materia informis. ergo ĩ
potentia.qd' aũt ĩpotentia:nec dum eſt:qd' nec dum eſt.quō aliquid habere pōt. HO
Rum igitur.Ideſt aut aeris:aut ignis:aut ætheris. At anima corpus non eſt.nō eſt hoꝝ
aliquid. NE Tam uegeta mens. Ideſt ſentiendi uigorem habens .id enim eſt uegatus.
Horatius uegetuſq; ad munia ſurgit. NE Cum doluiſſem quidē unq̃ uidetur. Quia ani
mum ſe habere non ſentiat. At Ariſtoteles qui dicit animā inquit. Lætari & dolere is
eam dicit filare:& texere affectus ergo corporis non animi eſt . qd' igitur Cicero dicat
animũ dolere ita intelligendum eſt. Platonis nec non Ariſtotelis in æthicis ſententia
diſtributus animus eſt. in partem rationalem. & rationis expertem. rationalis nullo af
fectu perturbatur. at irrationalis affectibus eſt obnoxia. De qua hic Cicero intelligit.
EX INTeruallis ſonorum. Quæ græci diaſtemata uocant:quæ ex diſſimilibus fiunt
phthongis. Pares enim phthongi armoniā facere qui poſſunt? nec tamen omne inter
uallũ harmonia dici pōt:quæ fere a tetracordo ſumit initium. nempe per diateſſaron.
QVAM poſſit harmoniā efficere. Ideſt quo pacto animum:quem Ariſtoxenus uocat
harmoniā quæat effingere certum eſt. CANere ipe doceat. Ariſtoxenum irridet cōmo
netq;:ut de anima non loquatur ſed id Ariſtoteli magiſtro relinquat . oblectetur ipſe
ſane cantu. iuxta illud Horatianum quæ medicorum ſunt tractant medici. tractant fa
brilia fabri. IN Diuiduorum corporum. Atomos dicit:quibus animam Democritus &
epicurei conſtare uoluerunt:quæ omnia ridicula ſunt Quomodo enim corpora indi
uidua dici poſſunt. Cum in diffinitiōe corporis trina ponantur interualla: quæ omnia
ĩn ſemper diuiſibilia diuiduntur. Longitudinem & latitudinem:& craſſitudinem. dein
de ſi uita eſt & Atomis animatæ erunt omnes atomi· quoniā temere ut ipſi aiunt. fiunt
omnia. non poſſuut non eſſe aliquæ inanimatæ. alioqui corpus animalis fieret quan
doq; ſine anima. quod ſi omnes animatæ. non erit ergo q̃q̃ uacans anima . ergo & la
pis:& lignum animata ſunt. LEVium & rotundoꝝ. Lubrica enim corpora dixerunt.
QVI ſi eſt hoꝝ quattuor generum. Ideſt elementoꝝ nempe ignis. aeris. aquæ. terræ.
Hæc duo. Subaudi ignis:& aer. PROnii. Ideſt decliuis ab eo qd' græci dicitᷣ πρηνης.
ET SVpera ſemper petunt. Quia terra. & aqua medium obtinuere:ubi uero non ob
tineant ſeruandæ continui cauſa eo aer tranſit:ut in terra abditiſſima . SINE diſſipan
tur. Subaudi animi. CRASſus hic| & concretus aer. Tres ſiquidem aeris ſpecies faciunt
phyſici rariſſimum:qui igni coniungitur mediocrem : qui mediam regionem tenet.
concretum qui proximus terræ eſt. in quem diuus Auguſtinus ſuper illo uerſiculo. dra
cones & omnes abyſſi de apparatu angelorum deiectus & Diabolus. ARDOre animi
concaleſcunt. Nam ignis calidus & aridus aer . calidus & humidus : unde tamen iſtæ
qualitates habeant initium ignorari ait Ariſtoteles. NVLLa eſt celeritas. Nam quid ue
locius dici poteſt:q̃ temporis momento:nō modo cogitatione mundi omnes plagas
percurrere:ſed etiam cælum ſcandere:ac eadem uelocitate ad inferna deſcendere:ergo
corpus dici non poteſt : cuius nulla talis uelocitas . Attendendum uero quod ait ni
hil eſt animo. uelocius enim mentem celeritas corpus refert. Quintus curtius celerita
te opus eſt. qua uelocitatem antecedas OMNE celum hoc. Aerem dicit ut Lucretius.
quæ generātur in hoc cælo qui dicitur aer. EX ANIma tenui. ideſt aere. Paribus ex ani
matus ponderibus. Ideſt æquilibrio grauitatis. QVIBus aſtra ſuſtentantur & aluntur.
Hoc ex nonnullorum philoſophoꝝ ſententia quā etiam Plinius ſecutus in ſecũdo na
turalis hiſtoriæ libro:ut putentur his uaporibus & exalationibus ali ſidera . qd' ex igni
conſtare putauerint:cui ſententiæ aduerſantur peripatetici dicentes ali quæ intereant.
ſidera non interire ideo ne quidem ali. CORPOris facibus inflamati. Spiritus namq;
corpus eſt. & is igneus mouit enim cor & a corde per arterias in totum corpus dilabi

tu:quo ſuccenſo in ſanguine nõ febres modo præſertim tertianæ:ſed etiam cupidita
tes inſurguntut ira : quæ ſuccenſio circa cor ſanguinis peribetur.Q VOD his æmule
mur.Hic datiuo æmulor coniungitur.Horatius autem cum accuſatiuo:. pyndarum qs
qs ſtudet æmulari.LAXAti curis ſum⁹.Ideſt nimiis ani anxietatibus deſeſſi. VT SPe
ctare aliquid uelimus.Quia omnes homines natura ſcire deſiderant.poſuit aut ſpecta
re & uiſere.quia ſpectare eſt oculis obtueri:quod aliquando ad mentem transſertur:un
de ſpecula de qua ſpectamus.ſpecular unde proſpicimus ſpeculum in quo imagines
obtuemur ſpecillum quod oculis adiungimus:quo facilius ſpectemus & ſpectrum ima
ginem nominamus animo conceptam:uiſere autem eſt ire ut uideas. CVPIditas ueri
uiſendi.Peculiare hoc rationis eſt ut prius quieſcere non poſſit:q̃ uerum peruiderit.nã
tum demum quieſcit:ſicut natura in armonia:& uita in beatitudine.ORE ipſe locorũ.
Ideſt extrema:nam ita totum intuemur. FACILiorem nobis cognitionem rerum cele
ſtium.Nam tum corporis nullum erit impedimentum & mens explicatior cuncta lon
ge facilius peruident.HAEC enim pulchritudo.Hæc inqt cæli forma fecit ut hoies co
gnitionis cupiditate incenderentur:CIRCumfuſi erant caligine.Duplex caligo fuit in
uita.Vna quidem aeris circumfuſi. Altera uero multitudine cupiditatũ corporis mẽs
occupata.Q VI HOſtium ponti uiderunt.Meotidas dicit paludes. ET EAS anguſti
as Subaudi abydi & ſimplegades & cyaneæ petræ. Q VAE eſt nominata argo. Fertur
prima nauis longa fuiſſe argo.ſunt qui dicant danaida qua danaus ægiptum fratrem
fugiens primam nauim fabricaſſe perhibetur. Argo autem unde argonautæ traditur
nominata ab argo phrixi filio phrixus enim ex chalciope filia oetæ pſitharumregis fili
os habuit quattuor.argum:chtiſſarum:mellana & phruntim. Alii autem ab argo artifi
ce argon nauim dictam eſſe putauerunt. PELlem inauratam arietis.Subaudi qui uexit
phrixum & hellen.Strabo tamen ad allegoriam deducens aliter interpretatus eſt.OC
CEani freta illa.Gaditanas dicit anguſtias: ubi columnæ herculanæ ab illa & calpe. ab
illa quidem in aphrica.calpe uero in europa.EVROpam libiamq;.Ab europa ageno
ris filia:ſicut libia a libia filia epaphi.CIRCunſcriptionem. Ideſt nunquid ab occeano
tota aluatur terra necne.HABItabiles regiones.Quæ ſubaudi in zonis tẽperatis.PRO
pter uim frigoris.Binæ nãq; zonæ extremæ quod longiſſime a ſole abſint gelu concre
tæ cultum admittunt nullum.ſeptentrionalis una.auſtralis altera.AVT CAloris uacã
tes. Ideſt nimio calore uacuæ ut torida habet zona ſub æquinoctiali.NE Nũc qdẽ cer
nimus ea quæ uidemus. Quæ inquit obtuemur oculis iſtis corporeis non dicernimus.
NEq; enim eſt ullus ſenſus in corpore.Corpus inquit non ſentit ſed anima.nam tanq̃
laterna in qua concluſum lumen eſt corpus:ac ut e corpore lumen eductum clarius eſt
ita & anima cum corpus exuerit tum efficatior ad omnia cognoſcenda . NON ſolum
phyſici.Ideſt phiſiologi:qui naturæ cauſas perſcrutantur. A SEde animi. Quia ibi ani
mus uidetur inſediſſe.NON eas partes.Ideſt ſenſuum membra & quaſi inſtrumenta.
NISI id agat.Ideſt niſi ſit intenta ei ſenſui id inſtrumentum percipere nihil poteſt. VT
COlorem. Oculis.SAPOrem.Guſtu:qui ex linguæ neruulis. CALOrem. Tactu qui
ubiq; ubi nerui.ODOrem. Qui olfactu narium neruulis a cerebro deſcendẽtibus.SO
NVM.Quia auribus per tympanum ubi aer exterior illiditur. Quæ omnia animo re
preſentantur.LIBER animus.Corpore exutus.NATVra fabricata eſt.Et fabrico & fa
bricor in eadem ſignificatione dicimus.TAMen terrenis concretiſq; corporibus.Licet
inquit animi patere uirtutes uideantur per corporis inſtrumenta non tamen perſpicue
aparent:quod terena & concreta ſint. officiunt ac ſeſe obiectant quominus apareant
Q VAMuis copioſe.Quamuis ideſt quantumcunq;. NONNullorum inſolertiam.Id
eſt rerum minorem tractationem.ſolertiam enim dicimus quam uoce græca practam
EXVLtantes.Geſtu corporis leticiam oſtendentes.SI PHIſica.Ideſt rerum naturalium
cauſas.ACHEruntia templa.Ideſt inferna loca.ubi enim numen aliquod ibi templum
ueteres eſſe duxerunt. HORChi.Inferni licet hoc nomen apud græcos non habeat aſ
pirationem eam tamen apud latinos admiſit poſt c.απο Του ερχαν. LETHei. Lethes
enim fluuius inferni ab obliuione dictus nam αλήθη dicitur obliuio. OBNVbila.Vnũ
eſt uerbum quod ſignificat nubibus opaca. NON PVdet philoſophum.Cum hæc ſint
ridicula non debuit gloriari ſe hæc ex philoſophia didiciſſe. CVR non pythagoræ. Si

cut enim Plato ita & pythagoras animam eſſe dixit īmortalem.PLVrimi contra mittū
tur.Subaudi ut animā.oſtendant īmortalem.Capite dānatos.Ideſt uita priuatos caput
enim pro uita ueteres poſuerunt:unde capitalem fraudem admittere de edilitio edicto
inquit Vlpianus.eſt tale aliquid delinquere:ut uita puniantur.nam cum uirtus anima.
lis in capite perſpicua ſit ibi anima eſſe pleriq; putauerunt.Q VAE conformatio. Ideſt
q̄ formam habeat anima in corpore.Q VAE nunc recta ſunt.Nemo enim ſua præcor.
dia.ſuaq; inteſtina poteſt inſpicere.EIVS celeritas.Quæ nāq; tanta uelocitas:ut a terris
temporis momento ſe in cælū transferat.ueluti cogitatione faciat animus. VT Fugiat
aciem.Ideſt oculorum perſpectū.HAEC reputet.Ideſt animo reuoluant.ALIEnæ do.
mui.Alienum enim domicilium animi hoc uidetur corpus quod non ſinat quæ uelit
perficere.Q VO monet ut ſe quiſq; noſcat.Hoc apud Platonē in philebo adagium eſt
γνῶθι σαυτὸν Ideſt cognoſce teipſum de illis dictum eſt:qui ſupra uires ſuas aliquid
moliuntur hoc ſane unius de ſeptem ſapientibus dictum fuiſſe perhibetur.ſunt qui la.
biis cuiuſdā eunuchi fuiſſe dicant.alii uero cū chilon pcunctatus eſſet appollinē.qd nā
foret optimū reſpondiſſe pythiam γνῶθι σαυτόν.EX Quo illa ratio.Ideſt argumēta
tio in fædro explicata:q̄ uerba ut in ſexto de re pu.ita hic trāſtulit Cicero inqt.n.Plato.
ἡ δὲ ἀπόδειξις, ἔσται δεινοῖς μὲν ἄπιστος, σοφοῖς δὲ πιστή· δεῖ οὖν πρῶτον ψυχῆς φύσεως πέρι θείας
τε καὶ ἀνθρωπίνης ἰδόντα, πάθη τε καὶ ἔργα τἀληθὲς νοῆσαι· ἀρχὴ δὲ ἀποδείξεως ἥδε· ψυχὴ πᾶσα
ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν, καὶ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως,
παῦλαν ἔχει ζωῆς· μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλ
λὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ, καὶ ἀρχὴ κινήσεως· ἀρχὴ δὲ, ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ
ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίνεσθαι· αὐτὴν δὲ μηδ᾽ ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ
ἀρχῆς γίγνοιτο· ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ, ἀνάγκη εἶναι· ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολο
μένης, οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γί
γνεσθαι· οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ, τὸ αὐτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ, οὔτ᾽ ἀπόλλυσθαι, οὔτε γίγνεσθαι δυ
νατόν· ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν τε στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι ὅθεν
κινηθέντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς, οὐσίαν τε καὶ λόγον
τοῦτον αὐτόν τις λέγων, οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δὲ ἔν
δοθεν, αὐτῷ ἐξ αὑτοῦ ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς· εἰ δ᾽ ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ
ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἢ ψυχὴν ἐξ ἀνάγκης, ἀγένητόν τε, καὶ ἀθάνατον, ψυχὴ ἂν εἴη.
περὶ μὲν οὖν ἀθανασίας αὐτῆς, ἱκανῶς· περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς, ὧδε λεκτέον. οἷον μέν ἐστι, πάντῃ
πάντως θείας εἶναι καὶ μακρᾶς διηγήσεως· ᾧ δὲ ἔοικεν ἀνθρωπίνης τε καὶ ἐλάττονος. Aduerſus hāc
uerissimā grauiſſimam & acutiſſime inuentam a Platone de animæ īmortalitate argu.
mentationē q̄ ſani omnes græci pariter & latini phi mirifice cōprobarunt. Ariſtoteles
nimiū ꝓterue aduerſus ꝑceptorē.Cōnixus ē inire certamē:ut tū uideas dū nimio liuo
re ſuccēdiť lixas & calones aduerſus cataphractos inducere & pro ſagitis pales iaculari
multitudine ad eni qſqliaꝝ ꝑſtigiaꝝ ſtrofaꝝ obruere oculos poſſe putauit.ne ueꝝ cer.
neremus:cūq; alioqui ſoleat argute acuteq;.qn̄q; argumēta cōtexere.in hac pte nō ma
gis acutū ſe oſtēdit.q̄ piſtillū aut tympanū.qđ ut magis eluceſcat q̄ tandē iſta ipſiꝰ ſint
argumēta diſpiciamꝰ.Cū igiť uenit aīam motꝰ negare eē principiū aſſumit ſibi q̄ ad eā
rem oſtēdendā tā faciunt.q̄ ſi idē uolens oſtēdere ſumat principiū diametrū q̄drati eſſe
lateri lōgitudine in cōmenſurabilē:quorſū.n.ualēt illa ad id cōprobādū:aut oīa q̄ ſunt
īmobilia eē aut oīa moueri:aut aliq̄ ex his moueri:aliq̄ nō moueri:itē ſi damꝰ & motū
& quietē neceſſe eē:aut alia ſemp moueri:& alia nūq̄ moueri:aut oīa ſimul nūc qeſcere
nūc moueri:nec minꝰ oſcitās ait nō eē oīa īmobilia aſpectus ipſe teſtimonio ē:qa ſunt
quoꝝ motū uidemꝰ.rurſus nō moueri oīa uiſus docet quo ī mota cognoſcimꝰ ſed nec
oīa dicere poſſumꝰ mō motū pati.mō eē:ſine motu.qa ſūt quoꝝ ꝑpetuū motū uidemꝰ
ut de celeſtibꝰ nulla dubitatio ē reſtat igiť:ut ſicut aliq̄ ſemp mouenť ita ſit aliqd ſemp
īmobile.putat Ariſtoteles ita dormitabūdus ſe aliquid aduerſus Platonē ꝓtuliſſe quaſi
ſiquid ſit īmobile iam ſit rata complexio animā eſſe īmobilem : aut qui dicat animam
ex ſe moueri idem moueri cuncta fateatur.ait deinde nihil eſſe:quod ex ſe moueri poſ
ſit uerum omnia quæ moueantur ab alio moueri:q̄ ridicule:q̄ dormitanter hoc ꝓfert:
qđ enim in quæſtione poſitū eſt citra probationē ullā.ſibi ratū aſſumit qđ aīaduertimꝰ
pleriſq; aliis ī rebꝰ feciſſe Ariſtotelē:ꝓba igiť Ariſtote.nihil ex ſe moueri : hoc.n.totius

platonicæ argumentationis fundamentũ eſt:addit porro multũ anxie pariterq; incon
ſiderate nunq̃ euenire poſſe:ut unũ & idem uno eodemq; tempore agat & patiat̃: mo-
uere aũt facere & moueri pati.quaſi qui domum ædificet in ædificãdo nõ faciat. & dũ
facit nõ patiatur laborẽ atq; afficiat̃ ſuamet cogitatione. q̃q̃ id mouere & moueri:unũ
& idem ſunt in anima:ut nõ poſſis dicere ibi facere & pati:quia cũ dicimus ex ſe moue
ri dicimus ſua ui & poteſtate admotũ excitari nec aliunde eũ habere motũ:quod ualet
αὐτοκίνητον addit etiã nimiũ puerile & admodũ alienũ a tanto nomine: q̃tum apud
nonnullos hic philoſophus ſortitus eſt ſi animæ inquiens eẽntia motus eſſet nunq̃ qe
ſcerit a motu.nã ignis nunq̃ frigidus erit.nec glacies unq̃ ſponte caleſcet.anima ut quã
doq; a motu ceſſat.nõ igitur animæ eſentia motus eſt:quid hoc puerilius uidet̃ Ariſto
teles ſe nõ ſentire animũ habere:quid.n. eſt quod hoc corpus regat uegetet & conquo
quat in corpore cibum & ꝑpetuo humores intemperie teneat apetat ſalubria:excremẽ-
ta eiiciat:eo uſq; ut etiã dormiente corpore non mõ iſta agat:ſed etiã quaſi libera ſæpiſ
ſime cõtendat diſputet & alia peragat infinita.ait etiã illud puerile. ſi anima aliis cauſa
motus eſt ſibi eẽ nõ poteſt.quod eiuſdem rei.ſibi cauſa nõ ſit quicq̃ cuius eſt alii quaſi
qui medet̃ medicus:ſibi ipſi mederi nõ queat:& multa alia eiuſmodi ſunt.quæ quilibet
ſecũ poterit cogitare.illud quoq; conſtat omne principiũ ineſſe rei:cuius eſt principiũ.
ideo quicqd ab initio ſuo ꝓficiſcitur id in ipſo reperit̃ initio.ita caloris initiũ nõ poteſt
non calere ignẽ ipſum de quo calor quis.negauerit calidũ? at ignis inquit nõ ſeſe cale
facit cũ ſit natura calidus:nõ uidet Ariſtoteles ſibi ipſi aduerſam cũ hæc dicet:nã cum ſe
mouet anima nõ eſt inter motũ mouentẽq; diſtinctio.ſed tota ita ſuo motu mouetur.
ut ignis ſuo calore caleſcit:nec poſſit ſeparari.qđ moueat in anima nõ poſſunt inquit
eadem mitiis ſuis eſſe.& ideo anima quæ initiũ motus eſt nõ moueri ne ex motu mo-
tus uideat̃ ꝓcreatus:quæ certe de principii ꝑducũtur:aliquãdo ĩter ſe differe fateamur
nunq̃ tamen eſſe cõtraria ut ſtare & moueri:qđ ſi uerũ ſit albũ nigri: & humor aridita-
tis & uirtus uicii foret initiũ hoc natura nõ patit̃.cõueniũt tñ aliquando ut motus quo
mouet̃ anima & quo mouet cætera.at Plato nõ dixit.motũ eẽ anima ut ꝓſligiator uult
Ariſtoteles.ſed mouentẽ ſe & cætera & eam motionẽ ab ipſa anima ſumere principiũ:
ut ſine autore ſit.cur aũt fieri nõ poſſit oſtendat.neq;.n.poteſt.cũ enim ſit ĩ anima nec
poſſit uiuere quicq̃ niſi p uitã:nõ poterit eſſe abſq; anima donec uiuat: at uita uiuendi
principiũ eſt:& finis: nec aliunde.ſed ex ſeſe:quia ipſa eſt uita uiuit.ergo & quæ in ipſa
uita cernunt̃ tã diu ſunt:q̃diu uita durat.durat aũt a tã diu:q̃diu nõ ceſſat.nõ ceſſat aũt
rationalis anima etiã ſopito corpore ut ex ſomniis apparet.imortalis ergo: punctũ ita
lineæ principiũ eſt ut eius ſit terminus non lineã efficiat linea ita principiũ ſuperficiei
ut terminus ſit nõ ſupficiẽ faciat.ſuperficies ita principiũ corporis ut ſit terminus non
corpus faciat longe ſecus anima.nõ enim tanq̃ terminus ſed principiũ faciẽs motũ: &
unde motus ꝓcreatur ſicut nequidẽ in igni quod calefaciat:& perinde:ut moueat̃ non
ſibi ipſa tribuit ſed eſentiæ eſt:ut moueat̃ nugale aliud ſubnectit argumentũ oĩs inqui-
ens motus.ad exercitũ ſuum eget inſtrumento:ut ſingulaꝝ artiũ uſus docet quod ſi im
poſſibile iudicat̃ animæ ad ſe mouendũ eſſe inſtrumentũ erit impoſſibile ſeipſam ani-
mam mouere:quis neſcit ad motus exercitũ tũ demũ quæri inſtrumenta cũ aliquid eſt
qđ mouet.aliud qđ mouet̃:in aĩa uero hoc nõ eſt:ut iãdudũ diſputamus:quippe quod
motus eius eſt in eſentia nunqd plane dormitaſſe hic negari poteſt Ariſtotelem? an cũ
ignis in ſua ſurſum fert̃ inſtrumẽto uidelicet init̃ aliquo? uel cũ terra deorſum fertur?
quod ſi in corporibus hæc nõ deſiderant̃? quãto minus in anima idem luſcioſo p ſimi
lis ſi mouet̃ inquit anima cũ reliquis motibus:& de loco in locũ mouet̃. qđ ſi eſt mõ
corpus ingreditur: mõ rurſus egredit̃:idq; frequenter hoc fieri nõ poſſe uidemus. non
igitur anima mouet̃:at cũ arbores onerent̃ nunquid locũ mutant? ſi locũ nõ mutant:
& tũ mouent̃ augumẽto:nõ ergo omnia quæ mouẽtur de loco in locũ mouent̃.quod
ſi hæ corpora nõ faciunt:quãtomagis animam lõge præſtantiorẽ facere oportet. Cum
hæc aiebat Ariſtoteles forte nõ ſentiebat animã ſuã eſſe quæ cogitaret.tanto calore ex
eſtuans inuidiæ & maliuolentiæ:ut nõ ſentiret aĩam ſuam hæc pro argumentis uerba
facere:quæ quã ſint puerilia quis nõ uideat:Cogitando quod quantoſq; animus cõci-
piet motus cũq; corpus non niſi acceſſu animæ moueatur.quis negauerit illam moue-
ri addit porro caſſa nuce uerba inaniora.nam ſi anima ſe mouet inquit neceſſe eſt: ut



BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE ...

ab aliquo motus genere ſe moueat:ergo aut in loco ſe mouet:aut ſeipſam pariendo ſe
mouet:aut ſeipſam cõſumendo:aut ſe augendo:aut ſe minuẽdo:hæc ſunt enim inquit
motus genera:hæc aũt ſingula quẽadmodũ poſſunt fieri requiramus.ſi in loco ſe mo-
uet:aut in rectã lineã ſe mouet:aut ſperico motu in orbem rotatus:ſed recta linea infini
ta nulla eſt:nam quæcunq; in natura intelligatur linea:quocunq; ſine dubio terminaꝛ:
ſi ergo p lineã terminatã anima ſe mouet:nõ ſemper moueꝛ:nã cum ad finem uenerit:
& inde rurſus in exordiũ redierit neceſſe eſt interſticiũ motus fieri in ipſa pmutatione
redeundi:ſed nec in orbem rotari poteſt:quia omnis ſpera circa aliquid immobile qđ
centron uocamus moueꝛ:ſi ergo & anima ſic moueꝛ aut intra ſe habeat qđ immobile
eſt:& ita fit:ut nõ tota moueatur:aut ſi nõ intra ſe habet ſequiꝛ aliud nõ minus abſurdũ
ut centron foris ſit:qđ eſſe nõ poterit.Conſtat ergo ex his ait qđ in loco ſe nõ moueat
ſed ſi ipſa ſe parit ſequitur ut tandẽ & eſſe & nõ eſſe dicamus ſi uero ſe ipſa cõſumit nõ
erit·immortalis:qđ ſi ſe aut auget:aut minuit:eadẽ ſimul & maior ſe & minor reperieꝛ
hæc interrogationũ tã anxia acumulatio atq; cõgeries de uno eodẽq; fonte demanat:
qđ ratũ ac ꝓ cõfeſſo habeat nihil ex ſe moueri:qđ in primis Ariſtoteli ꝓbando fuerat
opinaꝛ multitudine uerboꝝ: tanq̃ puluere ob oculos iacto ſe occludere poſſe oculos:
ne ueꝝ uideãt:at falliꝛ manu nãq; facile poſſum⁹ hũc arcere puluerẽ : omnia corporis
motuũ genera perquirit dicat Ariſtoteles nũquid eius anima cõmoueꝛ ad inquirendũ
quicq̃ cũ cupit cũ iraſciꝛ ſentiat ne:moueri ſurſum uel deorſum:ante uel pone:dextror
ſum uel leuorſum:an circulariter:uel mixto & rectilineo:uel circulari: nã hæc ſunt cor-
poris motuũ genera:quæ ad locum pertinent ad quãtitatẽ aũt augumentũ & diminu-
tio:ſicut ad qualitatem alteratio·at hæc nõ ſunt motuũ genera quæ fere corporis ſunt
enim animæ ſua & peculiaria motuũ genera cogitatio.recordatio:affectus:intelligẽtia
& id genus alia:ut.n.ſi qs quæ cõueniãt aſino oĩa putet homini quoq; cõuenire:grauiſ
ſime aberrarit:ita Ariſtoteles cũ de anima loquaꝛ nõ intelligit ſe magis de aĩa q̃ de cor
pore uerba facere:anima igitur fons motus uocatur:qđ cũ ſit inuiſibilis : motũ quoq;
mente cõcipias neceſſe eſt ſola:atq; ideo ſine principio ac ſine fine cui nihil uiſibile ſimi
le eſſe poteſt:ut cum fluuiorum fontem inuenerimus:non ſit ut ultra quod queramus
ac ſicut fontes plerunq; latent ita & anima:exercet itaq; hos ſuos motus anima:ut oſtẽ-
dimus non cum corpore quem motum ita naturalem habet & ſuum:ut ignis calorem
& aqua humorem.& glacies frigiditatem:quid ipſe animam eſſe putauerit diffinien-
do oſtendit Ariſtoteles: quã ſane recte ſupra oſtendimus qui entelechiam primam eſſe
dxit corporis : ut ſine corpore iuxta eius diffinitionem non ſit. diffiuitionem uero illã
etiam ſi uera ſit.cui non eſſe accedendum ſupra oſtendimus debuit facere generalem.
at potentiſſimam reliquit rationalem:Facileq; conuincitur ipſam eſſe eſſentiam corpo
ris expertem per ſe perfectam.cunq; particulariter ſubeat contraria.quod entelechia nẽ
pe forma contraria ſubire non poſſit quæ particulariter ſubit anima: nempe uitium &
uirtutem:ait porro animam quam entelechiam eſſe uoluit.eſſe immobilem per ſe.mo
ueri autem per accidens nec abſurdum eſſe putat quæ ſit immobilis nos mouere.quan
do & pulchritudo quæ immobilis ſit moueat non utiq; immobile.ſi igitur corpus per
ſe motũ habeat nihil ſit alienũ ab ĩmobili moueri:at nũc ĩpoſibile eſt ĩmobile ab ĩmo-
bili moueri:unde igiꝛ corpori eſt moueri niſi ab aĩa:neq;.n.corpus p ſeſe mobile cum
ergo putaret primũ ortũ motus indicare nõ primũ:ſed ſecundũ oſtẽdit:nã ſi nõ motũ
moueat.primũ ſecerit motũ:ſin autẽ p ſeſe motũ alioq etiã moueat. ſecundi mot⁹ or
tus oſtendetur:unde igitur primus ortus motionis eſt corpori:nã quod ait elementa
per ſe ſe moueri.leuia quidem natura alia: alia uero grauia falſum eſſe de centrobaris
ac æque repentibus demonſtrauit archimedes. nã ſi motus ſit grauitas & leuitas nunq̃
ſiſtent grauia & leuia: ſiſtunt aũt cũ ſuũ nacta fuerint locũ:non ergo grauitas & leuitas
cauſæ ſint primæ motionis:ſed elementorum qualitates hoc ſi detur: quo pacto ratio-
cinari & opinari & iudicare poteſt.leuitatis & grauitatis eſſe opera:quod ſi non horum
nequidem elementorum : ſi non elementorum nequidem ex ipſis corporũ : preterea
ſi per accidens anima mouetur:& corpus p ſe:non exiſtente anima ex ſeſe corpus mo-
uebitur.ſi hoc abſq; anima:animal erit ridicula hæc ſunt dormitãtis:ergo fuit id a prin
cipio aſſumere.quod ſibi accepit Ariſtoteles:at nequidẽ illud ueꝝ:quod omne natura
motum eſſe ui moueatur & omne ui magna etiã natura moueaꝛ mundus ſiquidẽ natu

ra motus

a motus ui nõ moueť:nec ſiquid naturaliter moueatur.id etiã naturaliter quieſcit: qſi: quidem tam mundus:q̃ ſol & luna naturaliter moti naturaliter quieſcere non queunt. q̃q̃ Ariſtotelici interprætes ineptiſſimis interprætationibus has ſtrofas:ac nugas nimi um ridicule conantur excuſare:quas ſi recipiamus nihil unq̃ a quo piamperperam di ci potuerit:ut ſi panem dixerint.lapides intelligamus & uinum lignum:philoſophi.n. ſuum eſt ueritatem colere & illos demum.qui ſint cultores ueritatis non ſophiſmata:& ineptias conſectantes:ſed redeat unde exiuit oratio:eodem inq̃ modo anima naturali ter mota.naturaliter quieſcere non poteſt.ſiquidem quies animæ corruptio eſt: & om nis ſemper mobilis deniq; quod a principio ambiguũ. per Ariſtotelem adhuc manet ne utiq̃ ſolutum unde corpus contineatur uim habens a natura inſitã:ut diſcipetur. At q̃ hæc ut opinor ſatis hoc tempore ad refellendum Ariſtotelem ne nos ita uecordes putet.ut exiſtimemus animam primam eſſe entelechiam & immobilem & in corpore productam. Macrobius autẽ inquit his præmiſſis iam quibus ſyllogiſmis.de ĩmortali tate animæ diuerſi ſectatores Platonis ratiocinantur oportet aperiri:ſunt enĩ qui p gra dus ſyllogiſmorum ad unum finem probationis euadant:Certam ſibi propoſitionẽ ſe quentis ex antecedentis concluſione facientes apud quos ne priorem.anima ex ſe mo uetur:quicquid autem ex ſe mouetur:ſemper mouetur:igitur anima ſemper mouetur. Secundus ita q nã ſunt ex prioris fine.animã ſemper mouetur quicquid aũt ſemp mo uetur ĩmortale eſt igitur anima ĩmortalis eſt & ita in duobus ſyllogiſmis duæ res pro bantur.ideſt & ſemp moueri aĩam.ut in priore.& eſſe ĩmortalem:ut colligitur de ſecũ do. Alii uero uſq; ad tertiũ gradum:ita argumentando procedunt:anima ex ſe moueť: quod aũt ex ſe mouetur:principium motus eſt. igitur anima principiũ motus eſt. Rur ſus ex hac concluſione naſcitur propoſitio:anima principiũ motus eſt:quod aũt princi pium motus eſt:natum non eſt:igitur anima nata non eſt. Tertio loco.anima nata nõ eſt:quod natum non eſt ĩmortale eſt.igitur anima ĩmortalis eſt:alii uero oẽm ratioci nationem ſuã in unius ſyllogiſmi compendiũ redigere:anima ex ſe mouetur:quod ex ſe mouetur principiũ motus eſt.quod autem principiũ motus eſt:natum nõ eſt:qđ na tum non eſt:ĩmortale eſt:igitur anima ĩmortalis eſt:ſed harum omnium ratiocinatio num apud eum poteſt poſtrema concluſio de animæ ĩmortalitate conſtare: qui primã propoſitionẽ ideſt ex ſe moueri animam non refellit. Sycophantiis merito deriſis Ari ſtotelicis ſuperem. ut iam ad Ciceronis uerba ueniamus. QVOD ſemper mouet. id æternum eſt. Alchmæon ideo ĩmortalem eſſe dixit animam:quod ĩmortalibus a ſimu letur:quandoquidem ei ſit inſitũ ſemper moueri:ſicut & diuina omnia mouentur con tinue. Luna. Sol. reliquæ ſtellæ:& cælum uniuerſum. QVOD aũt motũ affert alicui. quodq; ipſum agitatur alicunde. Velut corpora noſtra aliis nãq; corporibus afferunt motũ.eadẽq; ab anima mouentur ut paulo ante oſtendimus. QVOD ſe ipſum mo uet. Vel ut animus noſter. PRINcipii autẽ nulla eſt origo. Nã ſi originẽ habeat princi piũ iure dici non poteſt niſi abuſiue ueluti medicinæ principia dicimus humores noſ ſe:quibus conſtant corpora:at hiphyſiologiæ ſunt fines.ſupra quos alia p quirẽda prin cipia.ita perſpectiue principia:ut in analiticis poſterioribus recte admonet Ariſtoteles: ſunt geometriæ fines.perſpectiuus enim:docet cur eminus ſpectata.minora appareant quo minus autem maiora docendo a maiore angulo maiora uideri: ut quæ quo mi nus ſpectantur.ex maiore angulo ſpectari. Cur autem maior ſit angulus: non iam per ſpectiuus:ſed geometres docet. IN ANimum eſt enim. Ideſt carens anima nam mun dana omnia.quæ mouentur:ſi non a ſua a mundana certe animam mouebuntur. IN ESSE animis hominum diuina quædã. Quin enim diffiteri poteſt tot in animis ho minũ elucentibus diſciplinis tanta rerum cognitione:ſine diuinitate fieri poſſe. NAM ſanguinẽ bilẽ. Humores corporis tãgit. quattuor per bilẽ enim tam atram q̃ flauã dat intelligi. Hi nãq; humores quattuor cũ elemẽtis quattuor:habent rationẽ atra bilis cũ terra arida & frigida:pituita cũ aqua frigida & humida: ſanguis cũ aere calidus & hu midus:flauabilis cũ igne calida & arida:nec ſunt plures tam & ſi differentiæ uideanť aliquæ in colorib⁹ ſpiſſitudine & raritate. PITuitã Vero dicit.q̃ græca uoce flegma no minamus. QVAM uitis q̃ arboris. Hæc enim animamque habent.quia uiuunt uita ſiquidem in anima eſt. ſed abeſt diuinitas: quæ hominis ſanctum animæ tributa eſt. HABET primum memoriã. Hæc ſane duplex eſt.queadmodũ Ariſtoteles recte dixit.

πρὶ μνημῆσ και ἀναμνήσεοσ.q̃ nos poſſimus interprætari de memoria & recorda,
tione:ut memoria quidē omnia ſit animaliū:recordatio aūt hoīs dumtaxat:quippe q.
quæ oblitterata ſunt exciderunt q; per imagines reuocat. PLATO recordatione eſſe
uult uitæ ſuperioris. Hāc Ariſtoteles. ἀνάμνησιν uocat. q̃q̃ Ariſtoteles:ut ſolet aduer,
ſari Platoni:oēs intendit neruos:ut oſtendat nihil intelligentia eſſe:quod prius nō fue
rit in ſenſu. animā q; tanq̃ raſam tabulā in qua nihil pictum. ſed de Ariſtotele mox nūc
quod inſtat perſcrutemur. PVSIOnem quendā Socrates interrogat quædā Geome,
trica de dimenſione quadrati. Socrates de uirtute diſputans īmennone: ſeruū inducit
mēnonis interrogatū reſpondentē. ita ut theorema quoddā inueniat quod prius igno
rarat a diametro in quā. quā latine dimetientē appellamus:quadrati deſcribentē qua,
dratum:quod duplū eſt. cuius eſt diameter. demoſtratio aūt hoc innitiť mō: deſcribit
quadratū. a. b. c. d. agit q; diagoniū:ſiue ut uetuſtiſſimi loquebanť diametrū. a. d. deſcri
bit q; ex. b. d. latere quadratū. b. f. d. e. & ex. a. d. quadratū alterū. a. b. g. h. & ex. b. h. alterū
b. f. h. i. certū igitur eſt quodlibet latus equale eſſe ipſius. a. b. c. d. quadrati & alteri⁹ qua
drati. b. f. d. e. ſimiliter rurſus æquales eſt etiā. a. b. g. h. ipſi. b. f. h. i. ac ut paucis colligā
circa primū quadratū gnomonē circūfondit. & annectit reliquis quadratis diagonios:
ſiue diametros. aio igitur primā. h. a. h. f. f. d. non dubiū quin. c. e. g. i. quadratū quadru
plum ſit ipſius. a. b. c. d. tria. n. ipſius æqualia circunfuſa ſunt. quattuor igiť cū ſint æqua
lia uni quadrupla ſunt ipſius. id nā q; confeſſus eſt euidentia ipſa ſeruus: & quoniā dia,
metri deſcriptorū quadratorū quattuor. ſunt eiuſmodi:ut ſingula in bina triangula æq̃
lia. per diagonia ſeceńt. quod omnis quadrilateræ figuræ dimetricus:ſiue diameter in
bina partes æquales faciat triangula. quodlibet igitur octo triangulorū æquale eſt cuili
bet reliquorū:& perinde. c. e. g. i. quadratū duplū eſt. ipſius. a. d. f. h. Cōpræhendit nā q;
alia quattuor quadrata. atqui. c. e. g. i. quadratū: quod deſcripſit ab. a. d. diametro du,
plū eſt ipſius. a. b. c. d. quadrati:quod oportuit demonſtraſſe. Hoc nempe mō Socrates
interrogando oſtendit ſeruū per ſe ſe iſta cognoſcere:quæ antea ignorarat:ut ex eis q̄
confeſſus eſſet euidentiſſime oſtenderet:quod erat in quæſtione poſitū. PVSionē. Se,




nium Mēnonis dicit:qui apud Platonē in menone a So,
crate interrogatur quō metiri quadratū. Conueniat: & q̃
ꝓportionē quadratū habeat ad quadratū: uerūtamē q̄m̄
de linea fit mentio:q̃ quadratū in bina diuidit triangula
æqualia. dubiū eſt an Cicero dimenſionē illā noiant. nā
ut a iunioribus ea diagoniū noīatur. ita a priſcis ad ariſto
telica. & platonica uſ q; tēpora. & aliquanto poſt eſt diame
ter appellata. ea latine dimentiēs a Plinio potuit dimēſio
a Cicerōe nominari. AD Ea ſic ille reſpōdit. Reſpōdeo ti
bi dicimus utpote interroganti & reſpōdeo ad tua uerba.
Interrogo aūt te de hac re:& interrogo te hāc rem ut hic
Cicero dixit puſionē quendā Socrates īterrogat q̄dā geometrica. QVO exceſſit e ui
ta. Cū in carcere ab īprobis exibitā iudicibus ebibit cicutā. REMiniſcēdo recognoſce,
re. Connititur Ariſtoteles eā Platonis refellere ſnīam: ſed




fruſtra ait. n. aīam eſſe tanq̃ planā raſam q; tabellās:in q̃ ni
hil notatū ſit quādoquidē a ſenſibus putat oīa perdiſcere
nihil. n. inquit eſt in intellectu:quin prius fuerit in ſenſib⁹:
multa certe ſunt ī intellectu:q̃ ſub ſenſum nullo mō cade,
re poſſunt. nā cum punctū ſit cuius pars nulla:& linea lon
gitudo ſine longitudine in materia nulla eē potuerint ſi
quidē data omni materia ī qua punctū uel linea ſit ea erit
diuiſibilis in ſemp diuiſibilia. ergo ſenſum uiſus effugiet.
nō ergo ī ſenſu & tamē in intellectu. qui excuſare Ariſto,
telicā uoluere ſycophantiā. ſenſum interiorē dixerunt uo
luiſſe Ariſtotelē intelligi:qui ſi id uoluiſſet:ut alia ſolet conſimilia apuiſſet: uerū ne ita
recte. nā & bruta aīalia fantaſia nō carent. ut & ipſe autor eſt Ariſtoteles:& ſine Ariſtote
le res ipſa declarat:nec tñ iſta in brutorū aīalia fantaſia eſſe poſſunt. ergo ſunt ītellectus
præcipua. præterea ut ſupra Ariſtotelis uerbis in libris de animalibus patefecimus:diui
nitas in

nitas in nobis eſt:quæ certe intellectus ipſo confitente:quod diuinus intellectus ē.quo
nā pacto arraſſus & nudns oīum reꝝ eſt.repugnant enim inter ſe:ut nudus ſit & diui-
nus.quod.n.diuinū.id ſupra alia ſapit:quæ diuina nō ſunt.ſapit ergo intellectus mul-
ta & nihil ſapit:quod ridiculū eſt.Item intellectus natura eſt ea que uis ut ītelligat alio
quin nō eſt intellectus. natura ergo intelligēs nihil ītelligit.item ſenſus tanq̄ feneſtræ
ſunt animi:nā niſi adſit intētio animi.qđ multis de cauſis pōt accidere ſenſus nō ſenci
unt:ut cū trāſeuntē nō præuidemus.loquentē nō audimus.Cū tn̄ ad oculos.imago p
uenerit & ſonus ad aures ut manifeſtū ſit ipſos nō ſentire:ſed animū·qđ ergo p ſe nō
ſentit.plus ſentit uel oīno ſentit qđ p ſe ſentit.qđ dictu abſurdū eſt atq; cogitatu.faceſ-
ſant ergo demū.iſtæ in Platonē Ariſtotelicæ ſicophātiæ.At Plato ut animā diceret re
cordari nō diſcere.quippe qđ reꝝ oīum in ſeſe fixas hēat imagines cū motus ē:qđ ui-
dit uiuere lōge eſſe p̄ſtantius:q̄ nō uiuere:at q uita ipſa aīa eſt:& pp animā corporibus
ergo corpora animis lōge inferiora.qđ porro nobilius & p̄ſtantius id imperat inferio
ri:& qa natura & ui plus pōt.qđ minus poteſt id ei ſubſternit̄ ad præſcriptūq; potioris
agit.ergo corpus ad p̄ſcriptū animi.ante ergo aīus:q̄ corpus:qa ante hō q̄ ueſtis ipſius.
ſi ante aīa q̄ corpus oportuit ipſam & diuinitate & reliquis uirtutib⁹ eſſe inſtru[illegible]ā recte
igit̄ Plato & ante corpus fuiſſe utpote nobiliorē & p ſe munitā:utpote diuinam uirtuti
bus putauit oībus. QVAS ἔννοιας uocāt. Vt hic Cicero notiones:ita in topicis eſt ī
terp̄tatus.fit.n.ab εν p̄poſitiōe q̄ in a noſtris dicit̄ & ενοόσ mens.nihil.n.ille putat eē
qđ oriat̄ & intereat nēpe qm̄ forma unicuiq; rei det nomē.& cū eadē materia tā diuer
ſas ſuſcipiat formas nihil te putauit qđ creatur & intereat.qa tam mutabile eſt:ut certū
nomē nō habeat.IDq; ſolū eſſe qđ ſemp tale ſit qualē ideam appellat ille ſpeciem nos
materiā ſiqdē a forma nomē hēt.forma uero ut Plato uoluit idea ab eo noīata ī diuīa
mente:uel ut alii ac Porphirius īnudis puriſq; ītellectib⁹ poſita ē·ſemp eadē q̄ diuina p
uidētia uariæ accedit materiæ eiq; nomē atribuit. Ariſt.aūt utpote tot⁹ dedit⁹ ſenſibus
uelut etiā epicurus nullā ſepatā ab indiuiduis putat ſpeciē:ſed eā ī ipſis cuſtodiri ſempi
ternā qppe q mūdi nullū hoꝝ & ne qdē interitū facit:ut ſemp ſpēs fuiſſe ac fore credat
ac ſi detur:ut īdiuidua ſpeciei alicui⁹ intereāt.ſpeciēq; ipām interire exiſtimat:q̄ opinio
q̄ explodēda multi plurib⁹ demōſtrarunt argumentis.CORPore incluſus agnoſcere.
In quo tanq̄ in laterna incluſus eluceat animus:ac ut laternaꝝ aliæ magis aliæ minus
opacæ ſunt:ita corporum alia magis apta alia minus ad uirtutes animi patefaciendas.
obex ergo animi corpus.ADMIratio tollitur.Ideſt aufertur.nā tollere aliquando eſt
ſe ſublimē facere.Virgilius tollit ſe quadrupes.Ideſt erigit.PERTurbatum domiciliū.
Corpus ſiquidem multis ſuccūbit pturbationibus.NIHIL aliud eſt diſcere niſi recor-
dari.Ideo ediſco memoria cōplector ſignificat:ut cū ait Quintilianus cogendos pue-
ros ut multa ediſcāt:ſicut dediſco obliuiſcor.Martialis dedicit pacē ſubito feritate re-
uerſa.quāta nec libicis debuit eſſe iugis.QVANta memoria Simonides.Hic e decem
lyricis poetis unus eximius hieroni regi ſiracuſano multū dilectus:qui illius noti con-
uiuii ſedes diſcūbentiū tenaci ꝓtulit memoria.QVAE ſit illa uis. Subaudi animæ ad
recordandū tot tātarūq; diſciplinaꝝ diuerticula.CVM iurarē eſſe diuinū. Quid ni? ſi
diuina facit opera.cur nō diuinus aīus hēat̄. ab opere.n. uniuſcuiuſq; qđlibet cogno-
ſcimus.SI QVid ſit hoc nō uides.Ideſt an ætherea an aeria. AT quale ſit uides. Hoc
Ideſt uitia:uirtutes artes:atque ſciētias:q̄ aī qualitatē indicāt. AT q̄tum ꝑfecto uides
ēſi q̄ uirtutes q̄ uitia ſint artes atq; diſciplinæ cernere nō poſſis.uides tn̄ q̄ta ſint in aīa:
q̄tū ingeniū:q̄ta memoria uel hmōi aliud:qđ pſpicue cōpeat.QVI.n.fundus. Fūdus
aliqñ ager qđ ſit fundamentū redituū.quādoq; de uaſe dr̄ pars ima:ut a qbuſdā gene
re neutro fundū.nā funda īſtrumentū eſt unde fundi bulatores dicti.POSSit effinge-
re.Ideſt effigiē facere.INueſtigat occulta.Ideſt īgēio ſcrutat̄ latētia.HOīes cōgregauī
Viſū.n.ē ipſi Cicerōi ī prīo rh etoricoꝝ de īuētiōe fuiſſe ſapiētē:qui diſcipatos p ſiluas
hoīes facūdia pſuaſerit urbes cōdere:q̄s hoīes īcolerēt ianib⁹ cīgerēt:legib⁹ ſancirēt:&
cōſiliis cōfirmarēt.QVI ſonos uocis.i.reꝝ uocabula.PAVcis lr̄aꝝ notis Pauca ſiqdē
ſūt lr̄aꝝ elemēta.qb⁹ oēs ꝓrſus cōſtāt orōnes.lr̄as igr̄ ex phenicia in græciā a cadmo il
latas Herod.ſuidas Pli.Taci.Luca. Rufus feſt⁹ & plæriq; alii mēoriæ ꝓdiderūt:ueꝝ alii
apđ ægyptios primū cōpertas q p figuras aīaliū prīo mētis ſenſus effingere ſoliti erāt:

uelut hodie durant in mathematicis ꝑſertim aſtrologiæ ei⁹ rei aliquæ reliquiæ.deinde
apud ipſos Mercuriū litteras phibent inueniſſe:alii ſyrios putāt.Epigenes aūt babylo.
nios.Alii porro pene æternū litterarꝝ uſum fuiſſe uolūt.at qđ in græciā uenerint auto
rem fuiſſe cecropē athæniēſem.Alii linū thebanū.Alii troianis tpibus palamedē argi
nū ſexdecim lr̄as iueniſſe:alii q̄tuor tm̄ addidiſſe.ζ.ξ.η.ω.ſimonidē chium totidē hoc
eſt.θ.φ.χ.alii.η.&.ω.cadmū aūt mileſiū.θ.φ.χ.Epicharmū porro ſyracuſanū.ζ.ξ.χ.Ari
ſtoteles aūt decē & octo priſcas fuiſſe tradit.In latinū uero pelaſgos attuliſſe.Cōplures
ferunt:tacitus refert ad hetruſios ab corinthio demaratho perueniſſe:ab origines āt ab
Euandro didiciſſe.at diuus martyr Cyprianus Saturnū in latium eas primū tuliſſe:ac i
primere docuiſſe poſtea aliquot a quibuſdā additæ ſunt & poſtremo claudius tres adie
cit q̄ uſu iperitante poſt oblitteratæ ſunt uel taciti tpibus.AVT errantiū ſtellarꝝ mot⁹.
Errantes ſtellas uocat q̄ erones a qbuſdā dicunť a græcis planetæ:quorꝝ motus multi.
plices a motu quidē primi mobilis totius mundi conuerſione una ab ortu in occaſum
& rurſus i ortū intra ſpaciū uiginti & quattuor horarꝝ.motu aūt planetarꝝ ſuo ab occa
ſu in ortū.motu quoqȝ æquātis & eccentrici necnō epicycli.& corporis ipſi⁹ planetæ p
latitudinē ſigniferi.CVRſus.Quia mō celerius ire uidenť ob eccētri terræ ꝑpinqtatē:
mō tardius ob diſtātiā a terra mō dirigi.cū ſublimia petūt:mō repedare cū ābiūt epicy
clū.mō ſtare cū attollunť in ſublime.PROgreſſiōes.Ab occaſu i ortū.INſtitiōes cū iſi
ſtere uidēť.i.obfirmari & e duab⁹ unā facere ſtationē:ſiue matutinā:ſiue ueſpertinā.nā
a ſiſtēdo factū.Siſto ueteres ſtiti ſupinū ſtitū:uñ ſtitio.M.Cato cōtra Tiberiū:qđ ſi uadi
moniū capite obuoluto ſtitiſſes.dictū ſtitiſſes:qđ ſiſterať uadimoniū:ut ueteres ſunt i
terp̄tati litteratores.Qui fruges.Vt ceres.A Q Vib⁹.Subaudi maiorib⁹ inuentoribuſqȝ.
AD Elegātiora defluximus.Ideſt acceptabilis fecimus meliora.EX Tempata uarietate
& natura ſonorꝝ.Mira ſonorꝝ uocūqȝ uarietas.De qua ipſe de natura deorꝝ: auriūqȝ itē
eſt admirabile quoddā artificioſumqȝ iudiciū:quo iudicať & in uocis & tibiarūqȝ & ner
uorꝝ cantib⁹ uarietas ſonorꝝ interualla diſtinctio:& uocis genera pmulta.canorꝝ.fuſcū
leue:aſperꝝ:graue:acutū flexibile:durꝝ:q̄ hoīum ſolū auribus iudicanť.eſt & alia uarie.
tas a Plinio in Luſciniæ uoce obſeruata his uerbis deinde in una pfecte muſica ſcia mo
dulatus editur ſonus:& nūc cōtinuo ſpū trahiť in longū.nūc uariať inflexo nūc diſtin.
guiť cōciſo:copulať itorto.ꝑmitur.reuocať:infuſcať.ex inopinatu.interdū & ſecū ipſa
murmurat:plænus.grauis.acutus.creber extentus ubi uiſum eſt uibrās ſūm⁹:medius:
imus breuiterqȝ oīa tā paruulis i faucib⁹ q̄ tot exquiſitis tibiarꝝ tormētis ars hoīum ex
cogitauit.Q VAE ſunt infixa i certis locis.Ideſt i firmamēto octauoqȝ globo:q̄ ſigna
cōſtituunt ſigniferi duodecī:& extra ſigniferꝝ alia.VOCabulo errātia.Vetuſtiſſimi eni
Cū planetas mō feſtinātius ire:mō tardius:mō ſtare perſpicerēt errātiū uocabulo noia
uerunt:at poſteriores uocabulū quidē nō imutarunt:ſed rem diligentius obſeruarunt
uideri quidē ſtare cū attollunť.uel cū deprimunť in epyciclis ſtatione prima & ſecūda:
& repedare cognouerunt.i.abortu i occaſum ferri ac p latitudinē meare ſignificari cer
tis ſtatiſqȝ temporibus.Q VINqȝ errātiū motus.cū ſolis lunæqȝ feciſſet mentionē ſub.
iūgit qnqȝ errantiū mot⁹.qđ tā ſolēqȝ lunā neqdē Ptolæmeus in cōſtructiōe mathema
tica inter errātes ſtellas poſuerit.Cur āt id nō fecerit theon alexādrinus:eius docet iter.
pres Idē quoqȝ pappus in ſignis mathematicus qđ nō repedēt ſol & luna:neqȝ ſtatiōes
faciāt ſol quidē qđ careat epicyclo luna uero ob celeritatē.IN Timeo Platōis.Vbi thi.
meus diſputare iducit de mōdi opificio.MONdū ædificauit deus.Nā Plato ortū mō.
di a deo dixit.Ariſto.aūt:ut ſe Platoni opponat in cūctis oēs neruos itendit.ut oſtēdat
mondū ortu carere:cuius ſycophātias ut multi ita nos quoqȝ refellimus.DISSimilli.
mos motus.Subaudi planetarꝝ:quos memorauimus tardiores:& celeriores uideri pp
globos mundo excentros.VNA regeret cōuerſio.Ideſt mot⁹ unus primi mobilis:q̄ ē
ab ortu in occaſum oēs ſecū interiores uertēdo globos.NE IN ſphera qdē.A græcis
ſphera a noſtris globus dici ſolet:ſphera inqt Higinius ē ſpecies q̄dā in rotūdo cōfor.
mata oībus ex partibus æqualis apparens unde circuli finiuntur.huius aūt neqȝ exitus
neqȝ initiū pōt diffiniri ideo quod in rotundo omnes tractus & initia & exitus ſigni
ficari poſſunt hāc Euclides ita diffinit σφαῖρά ἐστιν,ὅταν ἡμικυκλίου μενούσης τῆς διαμέτρου,
περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον,εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ,ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι τὸ
περιληφθὲν σχῆμα.Theodoſius autem.& heron alexandrinus hoc modo diffiniunt.

σφαῖρά ἐστι σχῆ

σφαῖρά ἐστι σχῆμα στερεὸν, ὑπὸ μιᾶς ἐπιφανείας περιεχόμενον· πρὸς ἣν ἀφ' ἑνὸς σημείου τῶν ἐν-τὸς, καὶ μέσῳ τοῦ σχήματος κειμένων, πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. ἢ σχῆμα στερεὸν, ἄκρως στρογγύλον. ὥστε ἐκ τοῦ μέσου πάντη, ἴσας ἔχειν τὰς ἀποστάσεις. ὅταν γὰρ ἡμικυκλίου μενούσης τῆς διαμέτρου, περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον, εἰς ταὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ἡ μὲν γινομένη ἐπιφάνεια ὑπὸ τῆς τοῦ ἡμικυκλίου περιφερείας, σφαιρικὴ ἐπιφάνεια καλεῖται. τὸ δὲ περιληφθὲν στερεὸν σχῆμα, σφαῖρα. Ab eo quod eſt ſphera fiunt deriuationes multæ ut ſpheroma.ſpheriũ foliũ platani:& ſphero terloꝝ.alia quoq; deriuata . ut Plinius in duodecimo naturalis hiſtoriæ uolumine de nardo locutus inquit.folia diuiſere ad no uam amplitudinẽ quod adroſpherõ uocatur maioribus ſiclis.xxx·quod minore folio eſt meſoſpheꝝ appellatur emitur.lx.laudatiſſimum microſpherũ e minimis foliũ præ-ciumq; eius.lxxv.ſpherã ut quidã perlubent Atlas libiæ filius qui dicitur aſtrologiã in ueniſſe:ut alii ægiptii.ut alii aſirii:ut alii Mileſius inuenit Anaximander. SINE celeſti aliquo mentis iſtinctu.Democritus enim necnon Plato & Cicero de oratore necnon pro archia diuino quodam aflari putauit ſpiritu poetas idq; Ariſtoteles in flegidio poe ta fuiſſe oſtendit.SON Antem uerbis uberibuſq; ſententiis.Grandiloquiũ Cicero dicẽ di genus tangit in quo hæc omnia ueluti in oratore ipſe pluribus oſtẽdit uerbis.nã id a paucis cõmode tractari poteſt ueluti & Homerus ait ulixi parem potuiſſe in dicendo inueniri neminẽ cui hoc genus attribuit.PHILOſophia oĩum mater artiũ.Philoſophi am Cicero dicit quã ante pythagorã oẽs ſophiã ideſt ſapientiã nominabant:quã Ari-ſtoteles in metaphyſicis fontẽ reꝝ oĩum quæ ſub mentẽ cadunt dicit.Idẽ proclus in eu clidem.Idẽ Iãblicus & Bruntinus:& Theon dixere: unde phiſiologia mathematicæq; quattuor:ac reliquæ profluunt diſciplinæ. DEInde ad ius hominũ.Ius ut Põponius in quit de iuſticia & iure naturale eſt quod oĩa aĩalia natura docuit gẽtiũ:quod apud oẽs gentes cuſtoditur.ciuile uero quod populus ſanxit Romanus hic Cicero ius hominũ intelligit iuſticiã.nã ſubiungit modeſtiã:quã aliquando tẽperantiã uocat deinde ma-gnitudinẽ animi per quã fortitudinẽ accipimus.ex his nãq; uirtutibus iuſtitia inq̃ tẽ-perantia:& fortitudine reliquæ uirtutes emanant.ſiquidẽ prudentia:ut Plato & Ariſto-teles confeſſi ſunt oĩum maior uirtutũ eſt & de parte naſcens rationali : ut reliquæ de parte ratiõis. EX PArte ſupera.Cæleſtia.INFEra.Humana.PRIma.Primas cauſas deũ materiam & ideas iuxta platonem. VLTIma.Indiuidua:ut anniũ aĩaliũ:ita hoĩnũ: & ſtirpiũ & herbaꝝ reliquorũq;.MEDIA. Quæ ſunt inter principia & indiuidua : ut ele-mẽta quattuor.NON enim ambroſia deos aut nectare.Ambroſium immortale dicunt græci.unde Homerus.

ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο.

A quo Virgilius.Ambroſiæque comæ:diuinum uerticem odorem ſpirauere:eſt: & am broſia frutex de qua diaſcorides.ἀμβροσία. οἱ δὲ, βότρυς· οἱ δὲ, ἀρτεμισία· Ῥωμαῖοι, κάπρουμ σιλβάτικουμ. οἱ δὲ, ἄπιουμ ῥούστικουμ· Αἰγύπτιοι, μεσίω· θαμνίσκος ἐστὶ τριπίθαμος τὸ ὕψος, πο λύκλαδος, φύλλα ἔχων περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ, ὡς πηγάνου. τὰ δὲ καυλία, πε-πλεα σπερματίων ἐοικότων βοτρυδίοις μηδέποτε ἀνθοῦσι. τῇ ὀσμῇ μηκωνώδης, ἡδεῖα. ἡ δὲ ῥί ζα λεπτὴ, διπίθαμος. καταπλέκεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις. δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν τῶν ἐπιφερομένων, καὶ ἀποκρουστικὴν, καταπλασσομένην σύφουσαν. At poetæ de cor nu altero capræ amaltheæ quæ Iouẽ infantẽ aluiſſe fingit aiunt ambroſiã effluxiſſe de altero nectar nẽpe ut hoc cibo : illo potu alleret ex quodã eſſe deoꝝ uinũ rati idq; ne-ctar quidem & noſtris antiquis grãmaticis latine murrinã a græcis nectar dici putaue-re:alii quod barbaro uocabulo hodie eleſir.reſolui nãq; poſſe rentur elemẽta in ſua hy poſtaſim materiã in quã primã qualitatibus expertẽ quæq; ſit ad omnes idonea excipi endas ſubeundaſq; qualitates:ut cui primo adheſerit:eius ſubeat formã:inde ſi ab hoĩe aſſumat ſpiritus & uiuacis naturaliſq; humoris formã admittere ac incolumẽ ab omni ægritudine q̃diu aſſumatur cuſtodire.indeq; Metella tranſmutare: tanta ſollicitudine inquirũt alchimiſtæ uulgo nominati nihil æq; q̃ hoc perquirũt ut auro affluant. AVT iuuẽtute.Ideſt hebæ q̃ filia Iunonis fuiſſe phibet.NEC Homeꝝ audio.Qui Ganimedẽ a diis raptũ ait pp formam.Homerus ſane in hymno aduenerẽ.his uerbis id oſtedit.

ἤτοι μὲν ξανθὸν Γανυμήδεα μητίετα Ζεὺς
ἥρπασ' ἑὸν διὰ κάλλος, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη,

καί τε Διὸς κατὰ δῶμα θεοῖς ἐπὶ οἰνοχοεύει·
θαῦμα ἰδεῖν πάντεσσι τετιμένος ἀθανάτοισι. (Et Illiade
Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα·
Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλός τ', Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης
ὃς καὶ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη·

Xenophon tamen in ſymphoſio ait ganimedem non corporis:ſed animi cauſa ſublatum dici propterea quod nomen ipſum cum Homero id teſtatur γάνυται namque oblectatur ſignificat:ut ex animi ſapientia dilectus uidetur.ita enim Xenophon inquit. καὶ ἐγὼ δὲ φημὶ καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τοὔνομα αὐτοῦ· ἔστι μὲν γάρ που καὶ Ὁμήρῳ· γάνυται δ' ἀκούων· τοῦτο δὲ φράζει, ὅτι ἥδεται δ' ἀκούων· ἔστι δὲ καὶ ἄλλοθί που πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς· τοῦτο δ' αὖ λέγει, σοφὰ φρεσὶ βουλεύματα εἰδώς· ἐξ οὖν συναμφοτέρων τούτων, οὐχ ἡδυσώματος ὀνομασθεὶς ὁ Γανυμήδης, ἀλλ' ἡδυγνώμων ἐν θεοῖς τετίμηται· Ganimedes aũt a latinis catamitus dicitur Plautus in menegmis.dic mihi nunquid tu uidiſti tabulã pictã in pariete ubi aquila catamitũ raperet:aut ubi uenus adonim. NON IVſta cauſa cur laumedonti tanta fieret iniuria.Cicero laumedontem ꝓ troe poſuit.nã necdũ laumedon natus. ut ex homericis uerſibus oſtenſum eſt.uerũ ſolet hoc frequenter facere Cicero ut noĩbus abutatur ꝓpriis.ne tã paruæ rei multũ uideatur eſſe ſolicitus ueluti in libro de gloria.Hic ſitus eſt uitæ iãpridem lumina linquens:Qui quondã hectoreo percuſſus concidit enſe. Fabitur hoc aliquis mea ſemper gloria uiuet. Aiax cũ hectore congrediens depugnandi cauſa agit ut ſepeliatur ſi ſit forte uictus declaratq; ſe uelle ut ſuũ tumulum multis etiam poſt ſeculis pretereuntes ſic loquantur ſed hectora Cicero pro aiace poſuit uerſus homerici ſunt.

ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος,
ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ,
ὥς ποτέ τις ἐρέει, τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

non eſt autẽ quod Aulus gelius miretur hunc locũ a tyrone ſaltẽ non fuiſſe mendatũ emendantur ſiquidẽ errores non uirtutes.Putauit enim Cicero hanc uirtutẽ eſſe ut in re tenuiſſima ĩmemor uideret eo uſq; ut emendari cupierit.qđ & Quintilianus quoq; in dicendi uirtutibus ſentit ut cũ cererẽ dixiſſet pro diana:emendatas dixit recte admonet ita ergo & in epiſtolis cũ dixit homeꝝ nõ aiacẽ nõ achilẽ ſed ulixẽ ſolũ ptoliportõ appellaſſe.hoc ideo Cicero qm̃ de qua agebat cãm tuebat nã & Homerus alios hoc nomine appellauit ut cũ inquit. τόν ῥ' ἔτεκε Ῥήνη ὑπ' Οἰτῆϊ πτολιπόρθῳ Et rurſum λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλῆα πτολίπορθον·in.viii.& .xv.iliados idẽ uerſus repetit de achile idẽ i.xx. ὃν νύμφη τέκε νηῒς Ὀτρυντῆ πτολιπόρθῳ.QVæ ãt diuina. Percũctatio figura ẽ . IN TErris origo Ideſt de q̃ttuor elemẽtis unde cætera in terris oriunt . AVT Flabile.Ideſt aeriũ. VSITatis notiſq; naturis.Subaudi quæ in terra dinoſcunt . AETErnum ſit neceſſe eſt. Nempe quia diuinũ.NE HIs quidẽ.quæ habeo mihi per te uti licebit. Ideſt non tu poteris efficere ut utar his quæ habeo ſi uti non potuero corporis enim obiice ĩpedimur quominus nobis uti liceat eis quæ anima noſtra poteſt.FORMam ſuã fortaſſe.Subaudi nõ uidet.QVAmq̃ id quoq; Subaudi & minimũ.SED relinquamus.Quoniã ex re noſtra non ſunt.QVA FAcie quidẽ ſit.Subaudi deus. SPECIem.Nempe globoſam. CONVerſionis celeritatẽ.Vt nouus globus tã ineffabilli uelocitate inuehatur ut uiginti & quatuor horaꝝ ſpacio non tantũ uniuerſam terrã ambiat.quod foret mirificũ. ſed ſpaciũ tantũ ut centies milies terra tantũ non habeat.VICIſitudines dieꝝ atq; noctium Vt dies nocteſq; ſibi inuicẽ cedant.QVADripartitas.In uer:æſtatẽ autumnũ & hiemẽ AD TEMperationẽ corpoꝝ.Non modo uer:& autumnũ dicit:ubi aer tẽperatus:ſed etiã hiemẽ cũ frigora corpora aſtringũt :& uires coroborãt.calore intimo humores cõquoquẽte ſupfluos:nã æſtas meatus ocultos corporis diducit & humores euaporãt:& cruditates exquoquunt.MODeratorẽ & ducẽ ſolẽ.His nãq; mõdana regit oĩa alia ad ortũ deducendo.alia ad interitũ.ſiquidẽ ortus unius:alterius eſt interitus:q̃ oĩa ſol ſuo acceſſu diſceſſuq; cõficit.LVNamq; a creatione . Accreſcens.n.luna.calidior efficit.Cũ diminuit.ſecus.& ipſa humiditatũ regina.ut multis rõnibus cõprobat ex eis q̃ i terra

ꝓducuntur

producuntur.QVA Si faſtorum notantem & ſignificantem dies.Quia ſingulis menſi
bus ſuum conficit ambitum & ſingulis menſibus faſti ac nefaſti dies annotabantur:un
de & Ouidii faſtorum liber.ideo ait notãtem dies meſtruos.TVM in eodem orbe.Zo
diacum dicit.IN Duodecim partes.Ideſt duodecim ſigna zodiaci ſub quas ſol & luna
& planetæ quinq; feruntur.EOSDem curſus conſtantiſſime ſeruãtes.Nam ſemper ſub
zodiaco eodem feruntur modo:ut Saturnus quidem conuerſionem ſuam annis trigin
ta peragit ab occidente in orientem.Iuppiter duodecim.mars duobus annis & menſi-
bus octo.Sol trecẽtis ſexaginta quinq; diebus & fere ſex horis.Venus & Mercurius eo-
dem curſu cum Sole.At qui diligentius perſpexerunt.Venus mẽſibus octo Mercurius
ſex menſibus & diebus ſex.Luna ut quidam uiginti & ſeptem diebus & octo horis.ut q
dam diebus ſeptẽ ſupra uiginti & die dimidio & maxime diecula.Plutarchus uero.Lu
næ inquit dies triginta.his nãq; perfectus menſis affulſione ad coitum. præterea Ana-
xagoras Democritus.Cleanthes ab ortu in occaſum cunctas ſtellas ferri dixerunt. Al-
chmæon uero ut mathematici.planetas motu contrario meare ſtellis cælo hærentibus
ab occaſu inq̃ ad ortum.At Anaximander a ſuis circulis ac globis.in quibus ſint ſingu
li ita ferri ait.Anaximenes ſimiliter ſub terra & circa ipſum uolui ſtellas. TVM globũ
terræ eminentem e mari.Duo nãq; mari firmamenta dicuntur octauus globus & terra
IN Medio mundi uniuerſi loco.Centrum mundi terra.non tamen globorum omniũ
nã planetarum.alii quidem globi ſunt homo cẽtri.alii eccẽtri.& perinde planetæ mo-
do ſunt inapogio.i.maxima a terra diſtantia.modo ſunt perigii ideſt proximi terræ.
DVAbus horis.Ideſt ſpaciis ac Zonis nempe tẽperatis una nobis ĩcognita ĩter circulũ
arcticum.& antarcticum & æquinoctialem.Altera quam habitamus inter arcticum &
æquinoctialem quæ diuiditur in Aſiam:Europam & africam ſub axe poſita.i.ſub ſeptẽ
trione:quia axis a noſtris a græcis axon:ut quadratum diuidens in bina triãgula linea
diagonium nominatur:& quæ circulum diuidit bifariã a græcis diameter a noſtris di-
metiẽs noĩatur.ita ſphæram diuidens a græcis axon.a noſtris axis dicitur.quamquam
eſt axis.lignũ illud qđ rotarũ foraminibꝰ inſertũ.Currũ ſuſtinet ab euclide ita diffinitᷣ.
ἄξων δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν ἡ μένουσα εὐθεῖα, περὶ ἣν τὸ ἡμικύκλιον στρέφεται. Heron aũt διά-
μετρος δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ
μέρη ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας At Theodoſius ἡ δὲ διάμετρος, τῆς σφαίρας ἄξων κα
λεῖται, καὶ ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα μέρη τῆς σφαί-
ρας ἀμετακίνητος, περὶ ἣν ἡ σφαῖρα, κινεῖται, καὶ στρέφεται.Higinius uero dimẽſio quæ
totius oſtenditur ſphæræ cum & uteriſq; partibus eiꝰ ad extremam circũductionem re-
cte ut uirgulæ perducuntur quæ dimenſio a compluribus axis eſt appellata.huius autẽ
cacumina quibus maxime ſphæra nititur poli appellantur: quorum alter ad aquilonẽ
ſpectans boreus.Alter oppoſitus auſter.AD STellas ſeptem.Ideſt ſeptẽtrionem de qui
bus Varro ita loquitur arbitror antiquos ruſticos primum notaſſe quædam in cælo ſi-
gna quæ præter alia erant inſignia:atq; ad aliquẽ uſum culturæ tempus deſignandum
conuenire anima aduertebantur eius ſigna ſunt.has ſeptem ſtellas græci ut Homerus
uocant ἅμαξαν noſtris eas ſeptem ſtellas boues & teriones & prope eas axem. triones
enim & boues appellantur a bubulcis etiam nunc maxime cum arant terrã equis ue di
cti ualentes glebarii qui facile proſcindunt glebas ſic omnes qui terram arabant a terra
terriones ut dicerent de tritu.poſſunt triones dicti ſeptem quod ita ſitæ ſtellæ ut ternæ
trigona faciant.HORifer.Hororẽ afferens ex frigore quo quia carte africa inde nomẽ
habuit.AQVilonis.Latine boreæ appellati ab aquis in glaciem conuertendis aquilo
dictus:uel quod de altis montibus hyperboreis naſcatur tanq̃ aquila de ſublimi loco.
STRidor.Quia magno cum ſtridore perflat.altera ſubaudi ora. VOCAnt græci an-
tiaxona.Ideſt oppoſitã axi hoc ſeptentrioni. CAETEras partes. Quæ ſunt tres.duæ
quæ frigore rigent quod longe Sol ab illis diſtet.quæ ſub utroque polo. una nimio
calore ſolis inculta ſub æquinoctiali.VBI Habitamus.Inter circulum arcticum & æqui
noctialem quæ diuiſa eſt in Aſiam. Africam & Europam.NON intermittit. Ideſt non
ullo anno ceſſat.VITes letificæ.Ideſt uberes & pingues.PAMpinis. Ideſt foliis uitium
unde panapinari uites dicuntur cum frondes decutiuntur.BACCarum ubertate.Ideſt
fætuum arborum ut oliuæ & lauri.& ſimilium cum habeat aſpirationem hoc nomen

bacha : bachantem denotat mulierem. Cum caret ea tum unionem ac margaritam
tum fœtum arborum ut hic. HERBis prata conueſtirier. Prata quaſi parata inquit Var
ro quod humano labore non egeant ueſtiri ideo dicuntur quod herbæ terram ueſtire
uideantur ab hominibus ſumpta tranſlatione & ueſtirier paragoge pathos eſt. PAR-
tim aduescendum. Vt porcis uitulis. PARTim ad cultus agrorum. Vt ſunt armenta.
PARTim aduehendum. Vt clitelaria & dorſualia. ſarcinaliaque iumenta. AD COR-
pora ueſtienda. Vt ſunt oues. QVASi contemplatorem cæli. Silius italicus nonne ui-
des hominum ut celſos ad ſidera uultus. Suſtulerit deus ac ſublimia finxerit ora: cum
pecudes uolucrumque genus. formaſque ferarum. ſegnē atque obſænam paſſim ſtra-
uiſſet inaluum. Ad laudes genitum capiat ſi munera diuum. Fœlix ad laudes homi-
num genus. Ouidius os homini ſublime dedit. Cælumq; uidere iuſſit. Et erectos ad ſi
dera tollere uultus. VT PLATonı uidetur. At non ſoli Platoni: ſed Thimæo cum Py-
thagoricis omnibus: ac propemodum infinitis aliis. qui omnes mundi cōditorem de-
um faciunt. VEL ſi ſemper fuerint ut Ariſtoteli placet. Sane Plato pythagoreorum ſe-
cutus conſuetudinem nihil ſibi doctrinæ loco ſcribendum exiſtimauit: q̄q̄ in epiſtola
ad Dionyſium dicit diſputationes illas ſuas fuiſſe Socratis. ſed iuuenes præſentia ſua
edocendos: ut Ariſtoteles ei ad uiginti & unum annos operā dediſſe traditur in diſpu-
tationibus autem ſuis quædam rerum capita attigit dumtaxat a quo Ariſtoteles cum
quæ dixerat propemodum omnia auſiſſet quo ſe principem inter philoſophos effice-
ret. Cuncta inordinem digeſſit. ac ut uideretur diſſimulator maximus nihil a Platone
accepiſſe eius quæ poteſt inuadit principia. itaq; in octauo auditoriorum ſermonū uo-
lumine. ac in libris de cælo multis confertim uerbis molitur oſtendere mundum or-
tum non habuiſſe: quas ſycophantias ſtrophaſq; ualidiſſimis argumentis non Platoni
ci modo: ſed etiam multi alii exploxerint. & niſi longiore nobis utendum eſſet oratio-
ne ad cuncta eius uerba confutanda: quam huic cōmentationi par eſſe uideatur nego-
cium per exiguum putaremus eius præſtigius refelere: quis enim uulgo: ut hoc tantū
proferam rerum clariſſimarum ab hominibus conſtitutarum ac inuentarum: ignorat
origines: tam in Italia reo legum & urbium. quam apud & exteras gentes diſciplinarum
omnium atq; adeo litterarum. faceſcat ergo hic a nobis Ariſtotelicus error: quem non
nulli conſectantur. OMNIq; pulchritudine uirtutis. Virtus nāq; animæ eſt multiplex:
una ad corpus tuendum. altera ad uitam. tertia ad naturam animi aperiendam: ad cor-
pus quidem ut quæ in capitæ: per quinq; ſenſus oſtenditur animalis appellata & in cor
de: quæ uitalis & inepatæ: quæ naturalis. a petendo quæ utilia corpori expellendo con
traria cōmoda conquoquendo ac digerendo. & in uarias res conuertendo quæ con-
foueant: quam & ſi per excrementa. qualiter habeat ſolent iudicare ut uitalem ab arte-
riæ motu & uiſu animalem. Ad uitam: quæ mores reſpiciunt. ut prudentia. iuſticia. tē-
perantia. fortitudo habent. Ad naturam animi: ut eſtimandi & recordandi & imaginā
di uis: ac intelligendi unde ſcaturit ſapientia. unde omnes artes atq; ſcientiæ. quemad
modum recte in methaphiſicis autumat Ariſtoteles. Credo equidem in capitæ. A ſenſi
bus enim qui in capitæ ſunt animal dicitur: nec tamen in corpore anima eſſe perhibet.
quandoquidem animæ inſtrumentum eſt corpus: corporis ergo moderatrix animal.
NISI planæ in phyſicis plumbei ſummus. Ideſt ita mole corporis graues ut cum plū-
bo cōferri poſſe uideamur in phiſycis autem dixit in cauſis rerum naturalium per ſcru-
tandis. NIHil duplex. Ideſt compoſitum quia quod tale id omnino mortale eſt. quo-
niam in ea eunde componitur reſoluatur neceſſe eſt. LIBerā contumatiam. Iudicibus
acriter inſtando. MORTiferum illud. Hac enim pœna athenienſes noxios puniebant
ut eos cicutæ potu. FRAVdes inexpiabiles. Ideſt culpas quæ purgari nullo modo poſ
ſent: fraudem enim ueteres pro culpa poſuere. Vlpianus excipitur etiam ille qui capita
lem, fraudem admiſit: capitalem fraudem admittere eſt: tale aliquid delinquere ꝓpter
quod capite puniendus ſit: ueteres enim fraudem pro pœna ponere ſolebāt: capitalem
fraudem admiſiſſe: accipimus dolo malo & per nequitiam. Cæterum ſiquis. errore. ſi-
quis caſu fecerit ceſabit edictum: unde Pomponius ait neq; impuberem neq; furioſum
capitalem fraudem uideri admiſiſſe. Cum cantu & uoluptate moriantur. Dicuntur au-
tem cigni proxima morte futura. ſuauiſſime modulari: quem modulatū genitū perhi-

bent:ob cœli longitudinem crebramq; motionē uoluptatem pre ſe ferre.CATO autē
portiū dicit ac uticēſem. COMentatio mortis ē.Platonis uerba ſunt φιλοσοφῖα ἐστι
μελέτη θανάτου Amonius hæc uerba hoc mō interp̄taſ.Cum īquit homo ex anima
& corpore conſtet tam uinculū animæ & corporis:q̄ reſolutio duplex eſt:naturale nā,
q uinculū quo anima corpori alligaſ & animal efficiſ unū eſt:alterū in animæ optio,
ne poſitum:altero ſeruit anima corpori:altero imperat liberaq; eſt duplex quoq; reſolu
tio animæ a corpore:ut mors quoq; duplex:naturalis una ; qua omnes hoīes moriunſ
nempe qua ſeperatur corpore anima:quæ uero mors indelectu:& opiniōe poſita:ea di
citur qua philoſophi cominiſcuntur:a corpore animā ſeparare:& hac ratione cōmini,
ſci mortem apetere.hoc eſt a corpore animā ſeparari.in quo atendendū. qđ nō omni,
no ſeparata a corpore anima:abit ac relinquit corpus anima:a matrices ſiquidem anī,
mæ nimiū corporis poſt obitū Corpora adhuc ambiūt: atq; diligūt:inde eſt quod um
broſæ imagines circa ſepulchra ſpectantur:ueꝝ nequidē anima a corpore abducta cor.
pus omnino ab anima ſeparatur:nam philoſophi uiuentes adhuc ſeſe a corpore abdu,
cunt:eſt igitur philoſophia cōmentatio mortis:hoc eſt cōmentatio ſeparatiōis animæ
a corpore. EX his uinculis,i.corporeis affectibus. Nam qui ī cōpedibus corporis ſem
per fuerunt.Diuus Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima inquit. Animæ ſiquidem
quæ in corporibus uiuentes per dilectionē reꝝ uiſibilium corporalibus imaginibus aſ
ficiuntur:a corporibus exeuntes in eiſdem imaginibus tormenta patiuntur.propterea
enim corporalibus paſſionibus ibi teneri poſſunt quia a corruptione corporaliū affe,
ctionum hic mundatæ nō fuerunt quā corpulentiam de corporis dilectione traxerūt
quorundam animæ in eiſdē locis in quibus culpam cōmiſerunt puniunſ. Quædā ue
ro abditis receptaculis uſq; ad ultimā reſurrectionem continenſ ſicut unaquaq; requie
digna eſt uel miſeria. VOlat enim ætas.Horatius heu heu fugaces poſtume:.labuntur
tur anni:Ouidius:Labiſ occulte fallit uolubilis ætas.& nihil anni uelocius. PER ſuis
uiue memor lætari fugit hora hoc qđ loquor inde eſt. DOctiſſimus quiſq; contem
dit quia ipſe epicurus ignariſſimus nullam probat ſcientiam. Vſuram nobis largiunſ.
Ideſt uſum animæ cum ſeparata fuerit a corpore ut aliquando tamen moriatur. Quē
homerum philoſophoꝝ:ob orationis magnitudinem.NAſcuntur animos.

FINIS.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶Ioannes Petrus Valla Clariſſimo ex iuſtis Iuſto Veroñeſi ſenatori equiti
iurato iuris utriuſqꝫ doctori Salutem dicit æternam.

CVM Naturalis hiſtoriæ ſecundi libri locos ambiguos & obſcuros:quos olim pater
meus profitendo enarrauerat:in ordinem cõmentatiorum redigendos animo agi.
taret:& quia difficile id factu arbitrabar:non quia homini doctiſſimo paratiſſimi: ob
uii & expoſiti non eſſent:ſed quia tum legẽdo.tum aliud agendo maioribus nego.
tiis:quæ ad rem litterariam pertinebãt occupatiſſimum & implicatiſſimũ eſſe aiad.
uerterem:operepretium fuit ſucciſſiuis temporibus cũ illi per otium uacare liceret
eo dictante quæ antea in explanationeh orum locorũ præcepiſſet ſtatim colligere:
ut quoad per me fieri poſſet bonaruꝫ artium ſtudioſis prodeſſem:qui ut erat non mi
nus eruditiſſimus:q̃ humaniſſimus:quantum quiſqꝫ ſuæ ætatis alius mihi in hanc rẽ
flagrãtiſſimo morem geſſit.Ne igitur hi fructus quos noſtra induſtria parauerã ſitu
& ſqualore obtriti ac reconditi prorſus interirent:eos cenſui in publicam utilitatem
tanquam e promptuario proferendos.Sed quoniã plurimum intereſſe arbitror per.
pendere cui has noſtras lucubrationes dicaturus ſim cogitanti mihi nõnulli occur.
rerunt partim ꝙ parentem meum eiuſqꝫ doctrinã unice dilexerunt partim ꝙ littera.
tura non mediocri pollẽt:hoc quiſqꝫ munus uẽdicare iure optimo uidentur ſed ut
acriter animũ meum in hanc cogitationem intendo tu unus omnium facile prin.
ceps reliquorum ambitum ſuperaſti.Quæ uoluntas in hunc hominem teſtatior &
illuſtrior:q̃ tua apparuit?Præſertim cum de honore atqꝫ utilitate tractaretur.& præ
ter q̃ quod ĩpendio doctus.ſublimis & generoſi ſpiritus geris animũ & abũde ſũmi
niſtrantur quæ fœlicitatis humanæ interſint.Quo libentius hoc opus tibi inſcribe.
rem etiam dexteritate tua & facilitate alliciebar. Quid quod idem Plinius te hoc
noſtro digniſſimum munuſculo iudicauit.Tum ꝙ iuriſcõſultus es maximus homi.
ni de quo agitur controuerſia cauere poteris. Tum ſi opus erit quia militari cingu.
lo accinctus es ſi non uerbis:cautione armorum eum tueberis:nam ille uidetur cõ
queri quod nouocomẽſis haberi uelit.Et quo Verona nouo como nobilior & clari
or eſſe dignoſcitur:eo magis Veronam patriã ſuã agnoſcere uidet. At ne ſim q̃ par
ſit præfatione longior de re ipſa iam dicere incipiam. Vale.

# IOHANNIS PETRI VALLAE IN PLINII PRAEFATIONIS PRIMI LIBRI NATVRALIS HISTORIAE OBSCVRIORES LOCOS INTERPRAETATIO.

N SECVNDVM Naturalis Hiſtoriæ Librum interprætatiunculas igitur poſituri exiſtimamus minus obuiis ſenſibus abſtruſioribuſq; ſuccurrendū quæq; aperta fuerint omittenda.& perinde prius epiſto
i lam paucis perſtringemus dictuq; neceſſaria dūtaxat attingemus ne expoſitionem loquatiorē q̄ utiliorem feciſſe uideamur.Ita ſumendo principiū.LIBRos naturalis Hiſtoriæ nouitium camœnis quiritiū tuo℞ opus. Nouitium opus dixit Plinius quaſi nuperrime factum: ut ſerui ſunt nouitii qui necdum ſatis experti ſunt uel etiam inde ſumpta appellatione ut euitaret arrogantiam quaſi rude & incunditum opus ut etiam mox oſtendit eſt autem hoc nomen adiectiuū ut apud Vlpianum libro.xxi.plæriq; ſolent mancipia quæ nouicia nō ſunt quaſi nouicia diſtrahere ad hoc ſcilicet ut pluris uendant: præſumptū eſt enim ea mancipia quæ rudia ſunt ſimpliciora eſſe & ad miniſteria aptiora& dociliora: & ad omne miniſteriū habilia. Trita uero mācipia & ueterana difficile eſt reformare. At nomen ſubſtantiuū nouicius pro ſeruo rudi. Quintilianus in primo inſtitutionum oratoria℞. At nouiciis noſtris per quot annos ſermo latinus repugnat· VT OBiicere moliar Catullum cōterraneū meum. Si Catullus ueronenſis ergo & Plinius facile his uerbis eſſe cōprobatur conterraneo uſus uocabulo: ut municipalem ſuū Cicero mariū uocat arpinatē:nam ideo cōterraneus dixit quia cōciuis receptū non eſt uerbū ſicut ne quidē apud græcos ab eo quod eſt πολίτης non fit συμπολίτης quoniam ut inquit Iulius pollux συμπολίτης οὐδόκιμον apparet mox ſubiūgit ταχαλεβεά τιον ὁ αυτόχθων.apparet igitur Plinium cōterraneū ideo dixiſſe ut caſtrēſe dicit eſſe uerbum quia græce αυτόχθων dicitur. A VERnaculis tuis & famulis. Idem ferme dicit famuli inquit Feſtus origo ab oſcis dependet apud quos ſeruus famul nominabatur unde & familia uocata:& apud Lucretiū in.iiii. Oſſa dedit terræ perinde ac famul improbus eſſet·Interibi uero mihi nō exigua occurrit ambiguitas: cū certū ſit Catullū aliquāto ante Iulii ceſaris imperiū natū eſſe defunctūq; uita Iuuenem quo pacto potuerit noluiſſe exiſtimari a ueſpaſianis duriuſculus.nā ita dicit plinius duriuſculū ſe fecit q̄ a uernaculis tuis ac famulis.uoluit exiſtimari.Tempora ſiquidē nullo modo uidentur congruere. Perfricui faciē nec tamē profeci.Perfricare faciē dicunt qui pudorem abiiciunt.Martialis Perfricuit frontem poſuitq; pudorem Cicero in.iiii queſtionū tuſculanarum quid tergiuerſamur epicure nec fatemur eā nos dicere uoluptatem quā tu idē cum os perfricuiſti ſoles dicere.Refricare aūt eſt quaſi uulnus redintegrare. Cicero in.iiii.philippica.cū autē illam pulcherrimam facti memoriā refricat tū a ſuis ſimilibus in uidiam aliquā in me cōmoueri putat.Idem in piſonē ſic tuis ſceleribus rei publicæ præterita fata refricabis.CVM hāc operam condicerem.Condicere dicimur quod in communi dicitur.Vlpianus de aleatoribus quod uero prætor negat ſe furti actionē daturū uideamus utrum ad pænalem actionē ſolā pertineat.An & ſi ad exhibendū uelit agere uel uendicare:uel condicere. Idem libro.xii.de conditione indebiti .quod ſi quis indebitum ignorans ſoluit per hanc actionē condicere poteſt ſi ſciens non debere ſoluit ceſſat repetitio igitur cōdicere etiā repoſcere ſignificat.Idem ibidem ſi decem aūt ſticcum ſtipulatus ſoluā quinq; quæritur an poſſim condicere: quæſtio ex hoc deſcendit an liberor in quinq;. NON eras in hoc albo. Aſconius pedianus album ciues prorſum ſic notabant ut qui ſenator eſſet eiiceret e ſenatu qui plebeius & erro in tabulas refertur:& ærarius fieret ac per hoc nō eſt in albo centuriæ ſuæ Cicero in ſecūdo de oratore ab initio rerum romana℞ uſq; ad publiū mutium pontificem maximū. res omnes ſingulo℞ anno℞ mandabat litteris pontifex maximus efferebatq; in album & proponebat tabulā domi poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. SED hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione.Nominare inquit Varro dictum qd' res nouæ in uſum quoquo modo additæ erant quibus ea nouiſſent noīa ponebāt ab eo nuncupare noīnare ualere apparet in legibus ubi nūcupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ. Nūcupata pecunia eſt ut ut Cinicus in libro.ii.de iuriſcō ſul ti nomine certa noībus propriis pronunciata quā



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

do nexum faciet mancipiūq; uti lingua nuncupaſſet ita ius eſto ita uti nominarit lo.
cutus ut erit ius eſto uota nuncupata dicuntur quæ conſules:prætores cū in prouinciā
proficiſcunť faciūt ea in tabulas præſentibus multis referunť. At ſantra libro.ii.de uer.
boꝝ antiquitate ſatis multis nuncupata colligit non directo nominata ſignificare ſed
promiſſa & quaſi teſtificata circunſcripta ræcepta quod etiam in uotis nuncupandis eſ.
ſet conuenientius ergo inquit Plinius ademi nuncupatione hoc eſt ꝓmiſſo. ET MO.
la tantū ſalſa litant. Valerius maximus libro ſecundo. Mola quæ uocabať inquit ex ſa.
le conſtat & farre Inter ſacrificare & litare inquit Nonius hoc intereſt quod ſacrificare
eſt ueniam petere. litare eſt ꝓpiciare & uotū impetrare. Virgilius. Tu modo poſce deos
ueniam ſacriſq; litatis ideſt impetratis. Plautus in pœnulo ſi hercle iſtuc unq̄ factum eſt
tu me Iupiter faciat ſemper ſacrificem nec unq̄ litem. Cicero in ſecundo de diuinatiōe
his igitur q̄ phyſicis potius credentibus exiſtimas qui cū pluribus diis immolatur quid
tandem euenit ut litetur aliis. ALIis non litetur. AVT ruſticis uocabulis aut externis
īmo barbaris cū honoris præfatione ponendis. Cnm dixiſſet ruſticis uocabulis & ſubie
ciſſet aut externis adiecit imo barbaris ut ſe omnem ambitionem in dicendo oſtendat
contempſiſſe ideo etiam facete addidit cū honoris præfatione. ponendis ideo etiā hæc
uerba uultuoſe legenda ſunt quia ironica. ſolet certe Plinius ruſticanis uti uerbis ut in
ſextodecimo cap. xxv. catricionē inquit ruſtici uocāt. PRæterea iter eſt nō trita auto.
ribus uia. Paulus in octauo digeſtoꝝ Via inquit conſtitui uel latior octo hedibus uel
anguſtior poteſt ut tñ eam latitudinē habeat qua uehiculū ire poteſt. Alioqui iter erit
nō uia. NI ANimus inquies paſceretur. Eſt enim trium geneꝝ inquies. Saluſtius ī pri.
mo hiſtoriaꝝ nobis primæ diſenſiones uitio humani generis euenere qđ inquies atq; i
domitū ſemper in certamine libertatis aut gloriæ aut dominatiōis agitur. SVCciſiuis
temporibus iſta curamus. Ideſt nocturnis a ſuccedendo ne an a ſuccidendo deriuetur
ambiguū uideri pōt:ſed cū fere unico s ſcribať potius a ſuccidendo. Cyprianus in epi.
ſtolis ſi hoībus lætū eſt & glorioſum filios habere cōſimiles & tunc magis generaſſe de
lectat ſi ad patrem liniamentis paribus ſoboles ſucciſiua reſpondeat: quāq̄ ſubciſiuū in
quibuſdam legiť mendoſe ut opinor ita apud Nonium de indagine uiroꝝ doctorum
ſucciſiuum ſecundū ſequens Lucilius libro. xxviii. præterea hanc ſucciſiuā ſi quādo uo.
les operam. ſucciſiuū poſitū ſuccedens ſuccidaneū. Aulus gelius in fine noctiū atticarū
ea omnia ſucciſiua & ſubſecūdaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriaꝝ di.
ſceptatiunculas conferam. Cicero in ſecundo de oratore quæ ego ſero quæ curſim arri
pui quæ ſucciſiui operis ut aiunt iſte a puero ſummo ſtudio. Idem ſecūdo in Antoni.
um libro. Et tamen omni genere monumētoꝝ meorum perfeciſſe operis ſucciſiui ut
meæ uigiliæ meæq; litteræ & iuuentuti utilitatis & nomini romano laudis aliquid affe
rent. Quintilianus in primo inſtitutionū quibus potius ſtudiis hoc temporū uelut ſuc
ciſiuū donabimus. Aliud uero eſt ſucciduū aliud ſuccidiū Succiduū nāq; inquit Lactā.
tius tardās a ſuccidēdo ſiue ut fœturæ ſuccedēs ſoboles ſuccidua. & ſucciduū uicarium
Statius in quarto thebaidos. Dū præmis obnixo uenabula cominus apro. Poplite ſuc.
ciduo ideſt ſummiſſo & ī. vii. hubera ſucciduaſq; apportat mr̄ibus agnas. At ſucidiū a
ſue deductū eſt. Varro in rebus ruſticis de ſuibus locutus de magnitudine inquit gallia
rum ſucidiaꝝ Cato ſcribit his uerbis ī italia ī ſcrobes terna atq; quaterna milia ſucidia.

Ioannis petri Vallæ in ſecundi libri Plinii natura
lis hiſtoriæ obſcuriora expoſitio.

m Vndum eſt hoc:qđ noīe alio Cœlum appellari libuit:Cuius circumflexu tegun
tur cuncta:numen eſſe credi par eſt. æternū imenſum:neq; genitū neq; interitu
rum unq̄. Cunctoꝝ quæ mūdus cōprehēdat ſcripturus hiſtoriā Plinius primo
ut æquū eſt diffinit mundū nō per genus & differentiā qđ ipſe cuncta cōpræhēdat:ſed
ab eius partiū ratione potentiſſimaꝝ: ſicut etiā Ariſtoteles de mundo ſcripturus in ip.
ſo ſtatim principio mundus inquit ex cœlo terraq; ac naturis quæ in his cōpræhendun
tur cōſtitutio eſt. diciť & aliter mundus uniuerſitatis ordo ac exornatio a deo & per de
os cuſtodita cuius medium immobile & ſedes ac firmammentum uniuerſis uictum fe.
rens animalibus ueſta materq; ſupra ipſam uniuerſum & omnifariam terminatum in
ſupræmum deorum domicilium cœlum appellatum eſt diuinis refertum corporibus
quæ aſtra

quæ aſtra conſueuimus appellare ſempiterno citatum motu orbiculari uniuerſi cœli
mundique ita globoſi perpetuoque ut dictum eſt moti.bina ſunt neceſſario immobi·
lia puncta ſibi inuicem e regione oppoſita quaſi ſphæræ intorno reuolutæ quæ ſolidã
ſphærã continent circa q̃ uniuerſus euoluitur mundus orbiculari motu hiq; poli nun·
cupantur per quos ſi duci lineam rectam contingat:ut ab altero in alterum perueniat
mundi erit Diameter quem axem nominarunt mediam terram habens & polos.ex re
ma cæli porro & aſtrorum ſubſtantiam æthera uocitamus.Pythagoras primus Plutar
chi ſententia uniuerſitatis ab ipſius ordine mundum nominauit.hũc Thales & qui ip-
ſum ſecuti ſunt unum eſſe dixere.Democritus & Epicurus iſtorumq; diſcipulus metro
dorus in ipſa infinitate infinitos eſſe prodidit.Empedocles ſolis decurſum circũquaq;
mundi ambitum uoluit perſuadere. Seleucus infinitum eſſe mundum.Diogenes uni-
uerſitatem quidem eſſe infinitam: ſed finitum mundũ.Stoici uniuerſitatẽ a toto diſtin
gunt ut ſit uniuerſitas cũ inani infinita.Totũ autem ſine inani mundus & perinde non
eſſe uniuerſitatẽ idem quod mundus.Empedocles ſicut uniuerſitatis partem exiguam
mundũ eſſe uoluit ita reliquũ inertem ſiluam.Metrodorus par inquit non uidet̃ ut in
ipſa infirmitate unus ſit mundus ſicut nequidẽ in longe lateq; patenti campo una ari-
ſta non fuerit infinitoſq; ideo eſſe mundos quod cauſæ ſint infinitæ. Nã cum finitus q
dem ſit inquit mundus Atomi tamen quæ ſunt elementa cunctoꝶ corporum infinitæ
At Plato non ex atomis ſed ex puriſſimis productũ cælum uoluit elemẽtis . Cum eius
diſcipulus Ariſtoteles quintũ ponat elementũ æthera unde & cælum conſtet & aſtra.
His itaq; expoſitis facili⁹ erit quid dicat Plinius intueri.Is igitur mundũ inquit & hoc
quod nomine alio cælum appellari libuit.Nã non uno modo mundus dicitur: eſt enĩ
quandoq; adiectiuũ aliquando ſubſtantiuum cũ plura ſignificat cum nuditatẽ ut apud
Plautum Ariolariq; occeperunt ſibi eſſe in mundo malum.dicitur & mundus mulie-
bris ornatus.Liuius de bello Macedonico libro quarto mũditiæ ornatus & cultus hæ
fœminaꝶ inſignia ſunt his gaudent & gloriantur:hunc mundũ muliebrem appellaue
runt maiores noſtri.Mundus aũt quod alio nomine cælum appellatur a mouendo ut
Varro putat dictus.CVIVS circũflexu teguntur cuncta.Hæc Ariſtotelica ſententia eſt
quæ cenſet extra mundũ nihil eſſe.NVMEN eſſe credi par eſt.Animatũ Platonis ſen-
tentia dicit nec tamen deum uniuerſitatis Plato uoluit:ſed opificium cum inquit θνυ-
τα γαρ και αθανατα ζῶα λαβῶν καὶ ξυμπλυρωθασ ὅ δε ὁ κόσμοσ.ὕυτω ζῶον ορω
τόν τα ορωτα πεσιεχὸν ακῶν τοῦ ποιύτοσ.θεὸσ αιαγυτοσ μενίσοσ και αρί-
γοσ καλῖγοσ τε καῖ τελεῶτατοσ γένονεν ασὄυρανὸσ ὅδε μονογενυσ ὤν.AEter
nũ imenſum.Quia ſi numẽ mũdo iſto circunfundit̃ ut aĩa corpore æternũ ſit neceſſe ẽ
nec ſubmenſura cadit qa ne aĩa qdẽ nr̃a. NEq; genitũ.neq;.n.gignit̃:ſed creat̃ aĩa ita
nequidẽ interit.SACer eſt.Vt numini.i.aĩæ congrua dixit.Ita nunc mundo.i.corpori.
Sacer nãq; ut inqt Vlpianus locus eſt cõſecratus.ſacrariũ eſt locus in quo ſacra reponũ
tur qđ etiã in ædifitio priuato eſſe põt.ſacra loca ea ſunt q̃ publicæ ſunt dedicata a prĩ
cipe ſiue in ciuitate ſint ſiue in agro ergo ſacer qa numinis habitaculũ.TOTus ĩ toto.i.
totus in ipſa uniuerſitate.IMMo uero ipſe totũ.Ideſt uniuerſitas.INFinitus.Quia finis
eius ſub intelligentiã noſtrã cadere nõ uidet̃.AC Finito ſimilis qa orbes ei⁹ oẽs cum
moueant̃ in loco moueri neceſſe eſt & proindi finiri.OMNium reꝶ certus. Quia ſub
ſenſum cadit. ET Similis incerto.Quia incertæ eius cauſæ. ET Rerum ipſa natura.
Quia in ipſo cuncta procreantur.eſt autem natura ut inquit Ariſtoteles principium
motus & quietis in quo exiſtit primo per ſe & non per accidens.FVRor eſt menſuram
eius animo quoſdam agitaſſe atq; prodere auſos.Ratione enim diametri ad circulum
perfecte terræ menſuram prodiderunt inde & cæli a terra altitudinẽ Poſidonius & era
toſthenes. VT Totidem rerum naturas credi oporteret.Cum ut Ariſtoteles inquit ſit
natura principium motus & quietis in quo eſt primo per ſe & non per accidens.AVT
ſi una omnes incubarent.non uni ut quidam. Ridiculum enim ſit dicere naturam in-
cubare mundo : nec minus ſtultum dicere mundos plures ita inuolui ut cæpa habet
tum enim ſecundus primo & tertius ſecundo & quartus.tertio atque ita deinceps ſin-
gulis ſinguli dicerentur incubare non omnes uni . Præterea ne ita quidem plures
eſſent: ſed unus foret mundus quia unum centrum & una elementa.

FORmam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe. Stoici tamen & propemodū
omnes in ea quidem fuere ſententia ut globoſum mundum eſſe dixerit nam id ualet
σφαιροειδῆ. Quidam coni faciē habere putauerūt. Nonnulli faciē oui. Epicurus uero
& metrodorus: quoniā infinitos mundos eſſe dixerunt uariarum figurarum eſſe poſſe
exiſtimauerunt triquetræ figuræ alios: alios quadratæ & multorum angulorum alios.
Hanc ergo formā eius æterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate uigintiquat
tuor horarum ſpacio circūagi. ſolis exortus & occaſus haud dubium relinquere. Cum
ſint motuū genera bina unū animæ. Alteꝝ corporis utrunq; opinati ſunt plæriq; mun
do deputatū ut ex motu animæ mundi crediti fuerint mot⁹ aīæ aīaliū. motus aūt cor
poris cum ſit unus quidem in prædicamento ſubſtantiæ. Alter q̄titatis: Tertius qualita
tis. Quartus ubi motus ſubſtantiæ ortus & interitus: quantitatis augumētum & dimi
nutio: qualitatis alteratio. Vbi tria genera rectilineus: mixtus: & circularis: rectilinei ſex
ſpecies ſurſum & deorſum dextrorſum & læuorſum ante & pone. Mixti aūt generis in
finitæ eſſe ſpecies poſſunt circularis una quæ contrariū inquit Ariſtoteles nō admittit
hæc eſt qua mundus mouetur: ſed quoniā primus motus ab ortu in occaſum eſt. mo
tus uero planetaꝝ ab occaſu in ortum cur hæc eſſet diuerſitas quæſitū eſt & duæ potiſſi
mum rationes adduci ſolent una quod cū ex motu cæli gignant̄ & intereāt omnia &
omnis ortus & interitus ex cōtrario in contrariū fiat motus in cælo eſſe oportuerit cō
trarios: Altera ratio eſt harmoniæ quoniā concentus nō ex ſimilibus ſed ex diſſimili
bus procreatur. Ariſtoteles tamen nō putat ex motu cæli ullā gigni harmoniā. ESSE
innumeras ei effigies animaliū rerūq; cunctarum impreſſas. Quoniā ita notarūt aſtro
nomi in toto octauo globo nedum in ſignifero. AC Plerūq; confuſis. Subaudi ſemini
bus ut in terris multa indicant nobis monſtra. ALIbi plauſtra alibi urſi ut in ſeptētrio
ne circa polū uerti plauſtrum dicitur. ſeptē enim ſtellæ quæ ſeptentrioni nomen dede
runt & currum: & boues & bootē dant intelligi & ibidē urſa maior & minor quæ heli
ce & cinoſura nominantur. TAVri alibi. Vt in ſignifero. ALIbi litteræ figura: non del
toton dicit quæ litteræ figura eſt in cornibus Arietis quia non conuenit cum eo quod
ſequitur Candidiorem medio ſuper uerticē circulo: ſed cū galaxia quæ medii circuli
facies c litterā exprimit ſicut & a lacte galaxia nomen habuit apud græcos & apud nos
lactei circuli. CAELum quidē haud dubiæ Cælum Ariſtotelis ſentētia ultimus appel
latur globus uniuerſi. Secundo modo appellatur cælum a primo globo ad globū uſq;
lunæ. Tertio mundus uniuerſus. IGNitum ſummo. Scripſit Plinius ignem cū ſummo
ex primi librarii uitiarunt mutando c in t & uerbū unū ex duobus faciendo ignē tum
uerbi nouitatē imo ruſticitatem corrigendā exiſtimantes ignitum fecerūt quod uitio
ſe factū alii aduertentes ignium emendarunt quorum neutrū recte dici indicant quæ
ſecuntur & quæ antecedunt nā cum dixerit Plinius uideo dubitari quattuor eſſe ea ſe
qui accuſatiuū oportuit ignem quia mox etiā ſubdit accuſatiuum proximū ſpirit⁹ idq;
ſenſus etiā indicat Plinianus qui eſt ut ignis cū cælo miſceatur queādmodum terra cū
aqua ut aer omnifariā penetrat & perinde ſtatim ſubdit inde tot ſtellaꝝ collucentium
illos oculos ut ſtellæ pp infuſum cælo ignē igniculi quidā uideant̄ ut ſine cōtrouerſia
ignē cum ſūmo. i. cū cælo legendū ſit. CVM q̄rto aquaꝝ elemēto: ita dixit tellurē cū
elemēto aquaꝝ ut ſupra ignē cū ſūmo. EO dē ſpū pendēt. Spiritū aerē dicit quē ſupra
omnifariā diffuſum dixit. QVAE ab inceſſu uocam⁹ errātia a græcis ab errādo plane
tæ dicunt̄. a noſtris tum errones tum errātia ſidera. CVm errēt nulla minus illis. Ita Ci
cero in tertio de natura deoꝝ maxime uero ſunt admirabiles motus eaꝝ quinq; ſtella
rum quæ falſo uocantur errantes. nihil enim errat quod in omni æternitate conſeruat
progreſſus & regreſſus reliquoſq; motus cōſtantes & ratos quod eo eſt admirabilius i
his ſtellis quas errantes dicimus quia tum occultantur: tum rurſum aperiuntur. tum
abeunt. tum recedunt: tum antecedunt: tum ſubſequuntur: tum celerius mouentur: tū
tardius. Tum oīno ne mouentur quidē: ſed ad quoddā tempus inſiſtūt quaꝝ ex diſpa
ribus motionibus magnū annū mathematici noīarunt qui tum efficitur cū ſolis & lu
næ & quinq; errantiū ad eandem inter ſe cōparationem cōfectis oīum ſpaciis eſt facta
cōuerſio: q̄ longa ſit magna quæſtio eſt: eſſe uero certā ac definitam neceſſe eſt: recte er
go Plinius adiecit cum errent nulla minus illis. NEC tēporum modo terrarūq;. Quo

niam ut

niam ut anni tempora alia inertia:tum frigore:tum calore: Alia temperata ita & tellus
commoda & incommoda frugibus. Hunc mundi eſſe totius animum:Cuncta ſiqui-
dem quidam philoſophi putauerunt inde animari. AC planius mentē.quaſi metien-
tem omnia. Hic ſuum lumen cæteris quoq; ſideribus fœnerat.Exiſtimat enim plinius
ut lunam quæ a lumine dicta eſt ut placuit catullo ita reliqua ſidera a ſole lumen acci-
pere quod poſtea mundo reſtituant inde noctu collucere quod ſi ita ſit aduerſabitur ſu
periori ſententiæ quæ fuit ut cuncta ex igni collucerent. OMNIA intuens. Ita home
rus iouis oculū ſolē appellando παμ̄ταιᾶων Διοσ οφθαλμοσ και παντα κυβερμᾶ
QVA propter effigiē dei formamq; querere imbecillitatis humanæ reor. Recte pli-
nius in illos dicit qui effigiem deo quaſi homini attribuendam putauerunt ut epicurus
qui deo faciem humanam dedit.Nam illud faciamus hominem ad imaginem & ſimi
litudinem noſtram animum non corpus ſpectat. Alioqui noſſe quidem deum poteſt
nemo:ut rectiſſime plato dixiſſe arguatur deum inuenire non facile.noſſe autē impoſſi
bile eſt.rectius adhuc diuus iohannes chryſoſtomus contra iudeos deum igitur uocita
mus inmemorabilem incomprehenſibilem ſub intelligentiam non cadentem qui ſpe
ctari non poteſt non comprehendi:uim omnem humanæ linguæ ſuperans:intelligen
tiæ humanæ cognitionem excedens non obuius angelis nec habetur ab archangelis
ſpectati non poteſt a ſeraphin.Teneri non poteſt a cherubin principatus intueri non
poſſunt:nec dominatus:ne prorſus a quoq̄ cognoſci niſi a ſe.patrem enim ſoli filius ac
ſpiritus ſanctus cognouere. ET BONAE ad ædem larium ara bonam enim & malā
ueteres illi fortunam dixere ideo incertam ac temerariam nominauere. ATQVE eti
am furtorum eſſe nam furum deam lauernam plautus uocat. IRRIDENDVM uero-
agere curam rerum humanarum illud quicquid eſt ſummum.Hic ſe plinius de grege
porcorum epicureorum plane oſtendit.Quod ſi ita ſit unde tanta prouidentia & ordi
ne cuncta adminiſtrantur:quæ oriuntur quæq; occidunt? ANNE tam triſti atq; mul-
tiplici miniſterio non pollui credamus:q̄ ridiculum plinianum argumentum.quaſi ue
ro etiam radii ſolares reliquorumq; ſiderum in latrinis pollui poſſint quaſi non ſolo
nutu cuncta regat deus cauſarum ſecundarum ac reliquarum ordine inſtituto. OC-
cupato deo in tanta mole.Stulte dictum quaſi labor ſit deo ullus ita loquitur. Rectius
ariſtoteles in totum enim inquit quod in naui gubernator: quod in curribus auriga:
quod in choro ductor:quod in ciuitate lex quod in exercitu dux id deus in mundo ut
tamen aliis imperandi labor ſit cōmotio multa cura multa.Deo autem negotium nul-
lum labor nullus q̄ppe quod ab omni corporali imbecillitate ſit immunis. NAM ne-
que ſibi poteſt mortem conſciſcere ſi uelit.q̄ hoc delirum.quaſi homo quoq; ſuam in-
terficere animam poſſit ac diſperdere.quæ memorat reliqua temporaria & humana ſūt
tale uero apud deum nihil eſt ideo nullum tempus quia cum ipſo æternitas. QVAN
DO ad eaȝ pertinet tota ſigniferi modulatio.Modulationem ſigniferi dicit quia ut tā
ptolemæus in tertio harmonicon q̄ pythagoras cælum uniuerſum modulatu quodā
conſtare uoluerunt in ſignifero igitur ſemicirculi dum taxat ratiocinium ē quod in de
xtra læuaque diametri ſint ſimiles diſtantiæ. Quod ſi conſideres partem ſemicirculi
tertiam erit diſtantia ſexaginta partium quæ eſt ſexangula mundi figura.proinde ſi ca-
piatur diametri dimidium modulatus intelligitur diapaſon quæ perfecta conſonantia
eſt ut ſunt totius circuli duodeci ad ſex uel octo ad quattuor uel ſex ſemicirculi ad tria
quæ in ratione dupla ſunt.diapente autem conſonātia quæ in ratione ſeſqualtera. ut
xii.ad.viii:uel.viiii.ad.vi.uel.vi.ad.iiii.diateſſaron porro conſonantia in ſeſquitertia ra
tione ut.xii.ad viiii.uel.viii.ad.vi.uel iiii.ad.iii.diapaſon cum diatheſſaron rationē ha
bet duplam ſeſquitertiam ut ſunt ſeptem ad tria. Diapaſon & diapente in ratione tri-
pla ut.xii.ad.iiii.&.viiii.ad.iii.tonus ut in ratione ſeſqoctaua ut nouē ad octo habent.
Diſdiapaſon in quadrupla ratione ut duodecim ad tria. Nam ſexangula mundi figu-
ra quæ in partibus ſexaginta eſt amicabilis dicitur ac pene par ut par atq; cōſimilis coi
tus & aduerſatio & perinde uniſonā facere uident harmoniam qd per eandem mundi
diametrū radios tum planetæ mittere uident. Ac trigeſimo anno ad breuiſſima ſedis
ſuæ principia regredi certū eſt.Nam ut ſinguli planetæ ratos ſuos habent curſus.Iuppi-

ter qdē.12.annorū.Mars duorū.Sol.Mercurius & Venus.12.menſiū.Luna triginta dierū ab emerſione ſub ſole ad coitum.Ita Saturnus triginta annorum quod breuiſſimum ſpacium eſt quoniam quod magnus annus appellatur longe maius. Quidam id decē & octo annorum.non nullorum alii ſexaginta ut heraclitus omnium decem & octo milibus annorum ſolarium.Diogenes trecentis ſexaginta quinq; annis compleri omnium magnos annos.Quidam intra ſeptem milia ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem cōtineri.Alii intra octies octo perfici.eſt autem magnus annus cum planetes ab eodem ſigno ad idem redit ſignum ad eandem partem tam latitudinis q̄ longitudinis ſigniferi.Breuiſſimum ergo ſpatium ſaturni eſt triginta annorum cum ab eodem ſigno redit ad idem ſignum eandemq; partem:ſed longitudinis tantum non etiam latitudinis.Nā multo pluribus annis opus eſt ut etiam par latitudinis non modo parte:ſed etiam partis ſcrupulo inueniatur. Omnium autem errantium ſiderum meatus iterq; ea ſolis & lunæ. Apparet plinium cum uulgo planetæ ſeptem dicantur ſolem & lunam in numerum uenire errantium noluiſſe quod theon quoq; in ptolemæum autumat itaq; neq; herentes cælo neq; uagas ſtellas ſolem & lunam putauit appellandas:ſed inter utraſque tam ptolemæus q̄ theon eſſe uoluerunt.His innixus rationibus theon ηλιον δε και σεληνη ουτε απλανεις καλει δια το μη φυλαττειν αυτους τηντε τα προς αλληλους διαστηματα μητε τα προς τους αστερας μητε μην δηλαδη τους σχηματισμους ουτε πλανωμενους δια το μητε στηριζοντας αυτους φαινεσθαι μητε υποστρεφοντας. Ideo inquit in numero hærentium cælo ſtellarum non habentur ſol & luna quod inter ſe inuicem interualla non cuſtodiant neque inter ſtellas & nequidem figuras.nec porro in errantium numerum ueniunt quod ſtationes facere non uideantur & nequidem repedare. TERTIVM martis quod quidā herculis uocant:ut enim ſaturni ſidus alii phænontis uocant ita iouis phahetontis dicunt.Et martis tum pyrohentis tum herculis.Mercurii tum ſtilbontis hoc eſt radiantis Tum ſacrum mercurii:ut ueneris modo luciferi modo heſperi modo Iunonis. BINIS fere annis conuerti.Sunt namq; qui examinatius locuti dicant annis duobus & menſibus quinque. SED ut obſeruatio umbrarum eius quæ ſpectantur in ſolariis & horologiis. REDEAT ad notas.quibus horæ definiuntur. QVINOS annis dies adiici.Nam cum uelocius primum mobile ab ortu in occaſum moueatur q̄ ſol ambitum ſuum potuerit abſoluere ab occaſu in ortum ideo ſupra trecentos & ſexaginta dies ſupereſt ſpatium quinq; dierum & fere horarum ſex. mouetur ergo ut non prima ſcrupula uelut nunc loquuntur omnes minuta abſoluat ſexaginta quod ē partem unā perficere:ſed quinquaginta nouem prima ſcrupula peragit ut quidam opinantur cum ſecundis octo.ut uero alii cenſent tertiis iſuper 17.quartis 13.quintis 12.ſextis 31. ut uero alii tertiis 19.quartis ſcrupulis 37.quintis 19.ſextis 13: ſeptimis 56. uno quoq; die quem horarum uiginti quattuor dicimus. SVPERq; quartam partem diei.Nempe horas ſex.Verum mathematici huic ſpatio ita deeſſe inuenerunt ut intra centum annos dies una deſit intercalationi ſunt qui intra annos trecentos dies modo binas deeſſe dicant.

ALTERNO meatu uagum.Repente namq; ad ſolem redit quia ad ſexangulam mūdi figuram nunq̄ peruenit ad ſigniferi autem ambitum peragit tricenis & duo de quinquagenis diebus.ſunt qui pronuntient uenerem ſuum ambitum conficere menſibus octo. MERCVRII ſidus. Hunc mathematici diligentiores ſuum curſum perficere menſibus ſex & totidem diebus putauere licet tam ueneri q̄ mercurio & ſoli annuus ambitus deputetur a pleriſq; philoſophis. IN MAGNA anni ratione dicendos.Annum magnum ſiderum quidam annis ſexaginta abſolui dixerunt heraclitus decem & octo milibus annorum.Diogenes trecentis ſexaginta quinq; annis. Alii ſeptem milibus annorum ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem. Vt pauloante memorauimus. IN defectu tamen conſpicua.quandoq; ita deficere ſpectatur ut nequidem umbra eius obſcura appareat ut nequidem ubi ſit deprehendi poſſit id quoq; multi ſe ſpectaſſe memoriæ prodiderunt non ergo ſemper conſpicua.Nam ſi eccentri humilitate terræ ſit proxima & in umbræ conum medium inciderit prorſus non comparebit ſin ſublimis ut in ſagittario & extra umbræ diametrum tum erit conſpicua. PROXIMA CARDINI. Ideſt firmamento nempe terræ. duplex ſi quidem firmamentum

octauus

oƈtauus globus & terra. MINimo ambitu uicenis diebus ſepteniſq; & tertia diei parte. Sunt qui dimidia diei parte. nã cũ ambitus fuerit lõgiſſimus triginta dieꝝ eſt a ſilente luna ad ipſum rurſus coitũ. IN COitu ſolis biduo. ut in ſagittario ut celerrime in geminis. SIDEra haud dubie humore terreno paſci. Negãt hoc ꝑipatetici qui maculas lunæ inæquales partes ut mõtes & ualles putẽt. FIGVrã aũt umbræ ſimilẽ mœtæ qppe quæ turbinatæ faciei ẽ. Eſt ſiquidẽ mœta facies ab imo lata: ſupne acuta. Liuius de bello macedonico ipſe collus eſt in modũ mœtæ in acutũ cacumẽ a fundo ſatis lato faſtigiatus a cõtinẽti arctæ ſemitæ aditũ habet. NEq; lunæ excedat latitudinẽ. qm̃ nullũ aliud ſidus eodẽ mõ obſcuret & talis figura ſemp in mucronẽ deficiat. Momẽti nulli⁹ argumentũ eſt. ideo inquit latitudinẽ lunæ terræ umbrã nõ excedere arguit quod aliud ſidus eodẽ mõ nõ obſcuret. quia nõ occultaret uel pauxillũ mõ cũ ſit celerimi motus luna niſi latior ſit umbra. Deinde põt accidere ut ſit uel nõ ſit latior ubi aliud ſidus uel obſcuret uel nõ obſcuret nec. n. certa eſt nobis globoꝝ ꝓfunditas uel magnitudo Veneris & Mercurii. Item cũ tã Venus q̃ Mercurius nunq̃ ꝑueniãt ad diametrũ & nequidẽ ad ſexangulã figurã quo pacto obſcurari potuere? SVPra lunã pura oĩa ac diuturnæ lucis plena. Id plæriq; negãt philoſophi quippe q terræ umbrã ad oƈtauũ uſq; globũ ꝑuenire arguũt qđ hærentes cœlo ſtellæ quinq; obſcuriores utpote in luce nõ ſpectent reliquis tñ cõſpicuis. Quæ alio tẽpore ſint cõſpicuæ. p̃terea cũ in mucronẽ terræ umbra finiat: ſitq; aliquãdo luna tota in umbra terræ ĩmerſa. ſitq; luna ampliſſimũ corpus cur ad ſolẽ uſq; ꝑuenire uel excedere etiã ſolẽ nõ potuerit nõ intelligo. Itaq; pura oĩa ſupra ſolẽ eſſe nõ poſſunt. MESTrui nõ ſunt utriq; defectus ꝓpter obliqtatẽ ſigniferi ſi in ſuis globis feruntur non in ſignifero ut propter obliquitatem? At forte id uoluit quia ad obliquitatem ferunt ſigniferi. At ne ita quidem recte. ferunt enim Sol & luna ſemp ſub ecliptica ut ſol inq̃ ita luna tum etiam ſub eadem illa obliquitate defectus utriuſq; ſideris erunt meſtrui nõ ergo ſigniferi obliquitas in cauſa eſt: ſed quod luna modo auſtralis mõ ſeptẽtrionalis ſit cũ ſol ſub binis illis partib⁹ mediis ſempmet qđ ipſe recte ait lunæq; multiuagos ut dictũ eſt flexus. Falſum etiã qđ ait meſtrui non ſunt utriq; defectus. Nã in. M.cccc.xciiii. eodẽ mẽſe nẽpe martis fuit tã ſolis q̃ lunæ defectus. NON poſſet qppe totus ſol adimi terris intercedente luna ſi terra maior eſſet q̃ luna. Exiſtimat Plinius lunã terra maiorẽ qđ nõ mõ oĩum doctiſſimoꝝ ſententiæ aduerſat: ſed qđ peius ẽ rõni quin & ſibimet nõ aduertit aduerſari. ait nãq; idq; ueꝝ terræ umbrã turbinatam & metæ hr̃e faciẽ. ꝓinde ĩ tãta diſtãtia q̃ eſt inter terrã & lunã umbrã terræq̃ lũa operit multo anguſtiorẽ eẽ neceſſe ẽ ea quæ ſtatim a diametro exit cũq; ipſius terræ umbra maior q̃ terra eſſe nõ poſſit ob ſolis magnitudinẽ quæ ipſã undiq; arctat. cũ ea umbræ pars ſũma anguſta ipſã quãdoq; lunã totã opiat quo pacto nõ erit terra maior q̃ luna? qđ uero dicat ſolẽ a luna adimi terris id mãifeſto falſum eſt nõ. n. unq̃ ſolis eclipſis in cunctis terræ partibus ẽ qđ ſi a parte aliq̃ terræ id argui poſſe putat eodẽ mõ ẽt nubecula mõ aliqua terrã

Luna



Terra

Sol

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA







magnitudine excedet ſane ut ipſe etiam ait res ita hēt ſi lumē mai⁹ ē q̈ materia extrema diametri lumis ad angulos rectos diametri materiæ cadere non poſſunt: ſed pluſq̈ mediam ſphericā materiā illuſtrāt ſin aūt lumē æquale fuerit materiæ tum quod diametri ſint æquales æqualiter umbrāp fluit in infinitum. At ſi materia fuerit lumine maior itra diametrū cadēt radii. ac ſicut æqualeſ diametri āgulos rectos faciebāt ita hic angulos citra diametrū nā ſi ad diametrū uſq; pueniant ſint anguli recti neceſſe ē pinde duū inæqualiū corporū æquales diametri qđ fieri nullo modo pōt. id uero ſubiectis facile figuris hiſce dephēdetur. VT non ſit neceſſe amplitudinem eius oculoꝝ argumē tis. Q uemadmodum putauit epicurus & ſecuti ipſum ſicut Lucretius pedalem enim ſolē eē exiſtimauit quia ita nobis obiicit. friuolæ tñ ſunt plinianæ rationes. qđ ſol terra ſit maior niſi ea mō quæ de terræ umbra memorat. COLūnæ effigie. Ideo a græcis cylindroides appellati. TVRbinis recti. Quæ calathoides uocitāt. MEte

exiſtere

exiſtere effigiem:quæ conoides nominata eſt umbra.NVLLa amplius relinquatur dubitatio ſuperari magnitudine terram.Imo equidem ut oſtẽdimus ideo minor. q̃ terra arguitur ut figura ſubiecta plane omnibus eſt uidere.

Sol Terra Luna



DELIQuio Solis.Varro in caſina qñ tibi domi nihil deliquium eſt dictum ab eo qđ deliquandũ ut turbida quæ ſunt deliquantur ut liquida fiant Aurelius ſcribit deliquiũ a liquido.Claudius ab eliquato ſiquis alterutrum ſequi mallet habebit autorẽ. ET IN Luna ueneficia arguente mortalitate & ob id crepitu diſſono auxiliante.Manilius.

Vltima ad heſperios infectis uolueris alis
Seraq; in extremis quatiuntur gentibus æra. (Ouidius
Te quoq; luna traho q̃uis temerata labores
Aera tuos minuãt.

Cur aũt id nos docet Alexander inquiẽs æs & ferrũ quatiũt mortales qđ ſe dæmonas fugare exiſtiment ꝑ id tẽpus quo luminaria iſta in terrã ſuas non mittunt affectiones q̃ benefaciãt hoĩbus & ĩprobos arceãt dæmonas.LVCEre dodrãtis ſemũcias horaꝝ.Ptolemæus de Luna locutus inquit ηδὲ ημερησία παραυξησισ πρωτων εξηκοςων ιη.Hoc eſt ſinguloꝝ dieꝝ incrementũ eſt decem & octo primoꝝ ſcrupuloꝝ.QVO argumento amplior errantiũ ſtellaꝝ q̃ Lunæ magnitudo colligiť. At ne hoc quidẽ magnitudinẽ uel paruitatẽ lunæ arguit ſtellæ nãq; ideo lucent uel ex ꝓpinquiore loco quia ſupra Solẽ inuehunť & quia ſuapte natura lucidæ ꝑſpicuæq; cũ Luna & ſub ſole a quo lumẽ capit currat lucet enim ſuperne cum inferne obſcurať & quo a Sole lõgius abit eo lucidior apparet.itaq; cũ adhuc ꝓpinqua eſt uix a latere illuſtratur radiis ſolaribus ſupernã adhuc partẽ petentibus nec ſi multo maior ſit aliter poterit accidere. EXOriunť uero matutino. Subaudi exortu.emerſiones ac ꝓrſus figuræ aſtroꝝ Ptolemæi ſnĩa ſunt nouem.modus itaq; ad Solẽ figuratus primus qui matutinus ſubſolanus appellať eſt cum ſtella in ortu cum ſole inſidet finienti:quẽ græca uoce dicimus horizontẽ.Secundus modus q matutinus ad cælũ mediũ quẽ meſaranema græci dicũt cum ſole ad ortũ in horizonte emergente ſtella mediũ tenet cœlũ ſiue ſub terra ſiue ſupra terrã.Tertiꝰ ẽ modus matutinꝰ lips dictus cũ ſole ſurgẽte ad ortũ ex horizonte ſtella fuerit in occaſu quẽ Iuuenalis ortũ numantinũ uocat luciferi . Quartus modus meridianus ſubſolanus cum Sole mediũ tenente cœlum ſtella fuerit in ſubſolano horizõte.Quintus modus meridianũ medii cæli ſpatiũ qđ meſuranema uocant græci cum ſol & ſtella pariter in medio cœli ſpacio fuerit.Sextꝰ modus meridianꝰ lips cum Sole mediũ cœlum tenente ſtella in horizonte fuerit occiduo. Septimus eſt modus opſinus ſubſolanꝰ nũcupatus cũ Sole occiduũ tenẽte horizõtẽ ſtella fuerit ĩ oriẽte. Octauus eſt opſinon meſuranema cum Sole occiduum horizõtem tenente ſtella mediũ habebit cælũ ſeu ſupra terrã ſeu ſub terra.Nonus modus opſinus lips qñ ſtella cũ ſole occiduum tenet horizontẽ his cognitis nũc etiã fluxiones intelligẽdæ planetaꝝ quo Pliniana lectio ſit apertior.ꝓinde planetæ oriẽtales ortu matutino ſunt q ex radiis ſolis emergẽtes pp acceſſum eoꝝ ad Solem aut ſolis ad eos mane apparere incipiunt. oriẽtes ortu ueſpertino ſunt q ex radiis Solis emergẽtes ob diſtãtiã a Sole ueſperi poſt ſolis occaſum comparere incipiũt.occidẽtes occaſu matutino qui radios ſolis ſubeũt & pp acceſſum ipſoꝝ ad ſolẽ mane occultari ĩcipiũt.Occidẽtes occaſu ueſpertino q ſolis radios ſubeunt & pp acceſſum ad ſolẽ uel Solis ad ipſos ueſperi poſt Solis occaſum

īcipiūt ocultari.ſupiores tres nō occidūt occaſu matutino: nec oriunť ortu ueſptino. At duntaxat Venus Mercurius & Luna.itaq; eſt inqt Theon alexandrinus in Saturno Ioue & Marte matutinus ortus primus cū ſtella in horizonte orientali in ſolis p̄cedentia exiſtens & eius lucē fugiēs primū apparuerit. Veſpertinus dein occaſus cū ſtella in ad occaſum horizōte ad cōſequētia Solis exiſtens.primū ſub luce eius cōſtituta obſcurabiť. In Venere aūt & Mercurio qm̄ hi circūquaq; Solem reuoluti & ab ipſo cōpræhēduntur minus ipſo ꝓgrediētes & ip̄m cōpræhendūt plus ipſo ꝓcedētes primā dicimus a cōiunctōe fulxionē ueſptinū ortū cū ſtella in occiduo horizonte Solē dep̄hendēs & in eius cō ſequentia deueniens primū cōparuerit.Secundū porro ueſpertinū occaſum cum ſtella in occiduo horizonte ad Solis conſequētia apparens & ab ipſo cōpræhenſa primū effluxerit.Tertiā porro nominamus fulxionē matutinū exortū cum ſtella in orientali horizonte dep̄hēſa ſub ſole ac ad cōſequētia ei⁹cōſtituta primū effulxerit.Quartum ſubinde matutinū occaſum cū ſtella in orientali horizonte ad ſolis p̄cedentia ap. pa ens ipſumq; cōpræhendens primū apparuerit & in totū in exortu ueſptino plus Sole moueť. STAtiones matutinas faciunt. Matutinæ ſtationes quæ & primæ nominantur: ueſpertinæ quæ ſecundæ hæ ſecundum ordinē ſignoꝝ. Illæ uero contra quod totum ut facilius accipiatur ſubiecta expræſſimus figura.Fingo ſignifeꝝ & eccentrū cum epicyclo ꝑ cuius centrū duco lineā ueri motus eius ut ſit centꝝ qdē eccentri a.ſigniferi aūt h ipſa uero linea a h b c, quæ celeritatē & motū eius quē habet ab eccentro exprimit.ducanť porro ab eodē puncto binæ aliæ ultro citroq; li. neæ epicyclū cōcludentes ad ſigniferū uſq;porrectæ ut f h d ſit arcus ī quo planetes moueť in ſignoꝝ ſeriē.Alter cō. tra.Planetes itaq; ab b moueť in d in ſignifero ab c in e præter motū eccentri tumq; bini motus cōiunguntť eccentri inq̄ & epicycli in unā eandēq; partē & tum planetes directus & celer ē direct⁹ quidē quia in ſeriē ſignoꝝ.Celer uero qđ eius motus ſit celerior motu eccentri epicycli planetes porro in d quia ra tione epicycli nō uideť in ſignoꝝ ſeriē moueri nec cōtra:ſed motu dūtaxat eccentri in ſeriē directus dūtaxat diciť ſi in f moueať rōne epicycli in occaſum mouebiť ut ſit linea a f l. At quia motus eccentri ei cōtrarius eſt directus quidē eſt: ſed tardus qa ex motu eccentri planetes abeſt ob epicyclum retrorſum ipſum ꝓferentem ī f uero qa motus epicycli repedantis cōnectiť motui eccentri ꝓgredientis in neutrā partē uideť planetes moueri ac in l eſſe perpetuo tum ſtationem facere uidetur in d ſtatio prima ex qua repedare incipit at in f unde incipiet dirigi ſtatio ſecūda dicitur uetuſtiſſimi tamē quos Plinius ſequitur epicyclum nullum poſuerunt æquantem nullum : ſed orbem dumtaxat unum quem eccentrum ideſt centrum mundi non habentem eſſe uoluerūt ī quo ſtella moueať.




CIRCVloꝝ ē quos græci apſidas ī ſtellis uocāt.Heron alexādrin⁹apſis īqt eſt qđ min⁹ ſemicirculo cōp̄hēſū a recta linea miore diametro & ābitu maiore ſemicirculo ut hoc mō.Triangnli autem apſis. ut idem autor ait uocatur a uertice ad baſim ducta






perpendicularis hoc nempe'modo apſis eſt ipſa a b linea:ſed Plinius apſidas intelligit
circuloꝝ oīno partes ſiue maiores ſiue minores ſemicirculo mundi centꝝ nō cuſtodiē
tes.CENtrū cæli.hoc eſt mundi aut etiā octaui globi qđ cælū appellari Ariſtotelis te-
ſtimonio ſupra diximus.ERGO ab alio cuiqꝫ centro apſides ſuæ exurgunt.Vt in ſupe
rioribus circulis oſtenſum. ſigniferi enim
aliud & eccentri aliud eſt centrū. MOtuſqꝫ
diſſimiles.Vt ſigniferi & eccētri & epicycli
QVOniā interiores apſidas neceſſe eſt bre
uiores eſſe.Sit enim ſignifer a b circulus.ec
centrus aūt c d diameter a b circuli e f & cē
trū uero ſigniferi g manifeſtū eſt h i k apſi-
dem breuiorē eſſe:planetēqꝫ centro g hoc ē
terræ fore,ppinquiorē ubi ī ea fuerit apſide
ut in i q̄ in aduerſa parte circuli nempe in l.
IGItur a terræ centro apſides altiſſimæ ſunt
Saturno in Scorpiōe.Ephæſtion aūt ac do
rotheus habet inquit Sol domiciliū leonē
cuius ſublimitas Aries.humilitas Libra ad-
uerſans Aquarius quod ſignum maxime hi
bernum ac frigidiſſimū. Saturnus domici-
lia habet Capricornum & Aquariū unū q-
dem ut ariditatis particeps. Alterū uero fri-
gidū eius ſublimitas Libra.humilitas Aries.Aduerſans Leo q frigiditatis expers.Cācer
qa humectū ſignū.Iuppiter domos habet Sagittariū & Piſces eiꝰ ſublimitas Cācer hu-
militas Capricornꝰ.aduerſantia geminos & uirginē.Mars hēt domicilia Arietē & ſcor
piū cuius ſublimit s Capricornus humilitas cācer.Aduerſantia tauꝝ & librā q̄ ambo
ſunt tēperatæ affectiōis.Venus domicilia hēt Taurū & librá eius ſublimitas Piſces.hu
militas uirgo.aduerſantia aries & ſcorpiꝰ.Mercurius domicilia hēt gemios & uirginē






cuius ſublimitas piſces humilitas eoſdem aduerſans Sagittari⁹. Luna humidiſſima domicilium humidiſſimum habet Cancrum & Taurum eius ſublimitas Scorpius humilitas Capricornus cuius partes nullam habent ariditatem plurima uero refertæ ſunt ariditate & frigiditate. SED quia deductas ab ſumma apſide lineas coartari ad centrũ neceſſe eſt. ſicut in rotis radios. globi deſcribantur quattuor ut ſigniferi ampliſſimus habeatur: ab illo ſecundus Saturni. tertius Iouis. quartus Martis. per mundi centrum ducãtur binæ diametri & liquido cernẽtur ex una parte orbiũ amplæ apſides: ex altera uero exiguæ & perinde quo magis ad centrum binæ lineæ tendunt eo angulum efficiũt anguſtiorem. At quia minores apſides mundi centro ſunt uiciniores eo id uno & eodem ſemper motu percurrere uidebuntur. Contra ubi amplæ apſides occurrũt tardius ferri nobis ſpectantibus in ſublime uidebunt cã ergo ſublimitatis & humilitatis aſtrorum ac ut modo celeriora modo tardiora uideant ſunt globi inquit eccentri hoc eſt aliud centrũ a mundi centro habẽtis ſiquidẽ motus illi naturales certi ſunt ſingulis ac ſui & tam ſublimitas q̃ humilitas non una ſingulis eſt. putarunt ſingulares mathematici præter eccentrum etiã epicyclum excogitandũ eſſe. VENEris tantũ ſtella excedit eũ binis partibus. Solus inquit proclus lycius ſol p medium ſigniferum inuehitur nunq̃ magis in ſeptentrionem auſtrumue uergens. Luna plus cæteris planetis utroq; uerſus ſecedere perhibet poſt Lunã Venus utroq; uerſus ad partes quinq;. Mercurius ad quattuor. Mars & Iuppiter ad duas ac dimidiã. Saturnus ad partem unam modo. STATiones in mediis latitudinum articulis nempe in ecliptica. Sane ſtationes inquit Theon fiunt Saturno Ioui & Marti cum circiter centum uiginti partes uel ducentas quadraginta in Solis conſequentia fuerint. Motum augeri q̃diu in uicino ſunt terræ. Motus nunq̃ augetur ſed unus & idem ſemper eſt ſuus planetis ſingulis uerum ut ex ſuperiore figura expreſſum eſt quoniam modo terræ uiciniores: modo remotiores ſunt motus uidetur nobis ĩmutari ut terræ propinquiores nobis properare uideãtur propter apſidũ tractus breuiores contra uero cum a terra longius abſunt. QVAE ratio Lunæ ſublimitatibus maxime approbatur. quippe quæ modo celerius modo tardius ex Solis coitu abit. NVMErum augeri. Subaudi momentorum motus qua oſtendimus ratione apſidum. PERCuſſæ in qua diximus parte & triangulo Solis radio inhibentur rectum agere curſum. In hac eadem eſt uictruuius opinione. Inquiens. ergo potius ea ratio nobis conſtabit quod feruor quẽadmodum omnes res euocat & ad ſe ducit ut etiam fructus ex terra ſurgentes in altitudinẽ per calorem uidemus: non minus aquæ uapores a fontibus ad nubes per arcus excitari. eadem ratione Solis impetus uæhemens radiis trigoni forma porrectus in ſequentes ſtellas ad ſe perducit. ante currentes ueluti refrenando retinendoq; non patitur progredi: ſed ad ſe regredi in alterius trigoni ſignum eſſe fortaſſe deſiderabitur quid ita Sol quinto a ſe ſigno potiuſq̃ ſecundo aut tertio quæ ſunt propiora facit in his feruoribus retentiores. ergo quemadmodũ id fieri uideatur exponam. eius radii in mundo uti trigoni partibuſq; lateribus formæ lineationibus extenduntur. Id autem nec plus nec minus eſt ab quinto ab eo ſigno. Igitur ſi radii per oẽm mundum fuſi circinationibus uagarentur: neq; extentionibus porrecti ad trigoni formam liniarentur. propiora flagrarent. id autem etiam Euripides græcorum poeta animaduertiſſe uidetur. ait enim quæ longius a Sole eſſent hæc uæhementius ardere. propiora uero eum temperata habere idque ſcribit in fabula phahethonte. Mox idem autor ſubdit hi autem qui ſupra Solis iter circinationes peragunt maxime cum in trigono fuerint quod iis inerit cum non progrediuntur: ſed regreſſus facientes morantur donicum idem Sol de eo trigono in aliud ſignum tranſitionem fecerit. id autem non nullis ſic fieri placet quod aiunt Solem cum longius abſit ab ſtantia quadam non lucidis itineribus errantia per ea ſidera obſcuratis morationibus impediri nobis uero non uidetur. Solis enim ſplendor perſpicibilis & patens ſine ullis obſcurationibus eſt per omnem mundum ut etiam nobis apparet cum facient hæc ſtellæ regreſſus & morationes: ergo ſi tantis interuallis noſtra ſpecies poteſt id animaduertere quid ita diuinationib⁹ ſplẽdoribuſq; aſtrorum iudicam⁹ obſcuritates obiici poſſe hæc uictruuius. MINimo ferunt motu. Nã ut in figura oſtẽſum eſt ſupiore quia ſpatium longiſſimum eſt ubi altiſſimæ apſides id tranſire nobis motu tardiſſimo uidentur. NON tamen ante ſtationes ſecundas augente. Id ex figura quoque quæ ſtationes expreſſit poſſis colligere.

CVM VEneris ſtella nunq̃ longius.xlvi.partibus.Mercurius.xx.a ſole abſcedant.The
on de planetarum ſtationibus locutus inquit.In Venere aũt & Mercurio cũ uterq; ipſo
rum circa ſuam maximam ſolis diſtantiam fuerit ita habet ut Venus quidẽ circiter par-
tes quadragintaſex diſtet.Mercurius autem partes circiter uiginti tres. CONuerſas ha
bent utræq; apſidas ultro citroq; non in ſublime ſcandentes. TANtumq; circulus earꝝ
ſub terra eſt q̃tum ſuperne prædictarum.& ideo non poſſunt abeſſe amplius quoniam
curuatura apſidum ibi non habet longitudinẽ maiorem.quod ait Plinius ſubiecta me
lius explicabitur figura.ducta ergo diametro per ſigniferi orbem licet inſpicere unius
ſuperiorum trium apſidem ſupra mundi centrum ampliſſimam. Contra uero Veneris




aut Mercurii apſidẽ ſuperiorẽ breuẽ & cõtra inferiorẽ ad ampliſſimã & qa Solis & Ve-
neris & Mercurii par curſus exiſtimaт̃ ideo ab ea curuatura nõ abeũt. Verumtamẽ appa
rentiis reliquis hæc ratio nõ quadrat.Itaq; iſta melius & Ptolemæus & ptolemæũ ſecu-
ti prodiderunt. AC SPAtia longitudinis latitudinũ euagatione penſant.Hoc ſi uerum
ſit Luna quæ per totã ſigniferi latitudinẽ euagatur p omnes abire a Sole figuras nõ de-
buit ac ne quidẽ ad ſexangulã mundi figurã puenire. Præterea etiã Mercurii oportuit
maiorẽ q̃ Veneris eſſe longitudinẽ Cum Venus per latitudinẽ longius euehat̃ cum tñ
fiat cõtra.ſit ergo ſignifer a b. Solis globus c d. Veneris globus e f ducat̃ diameter p
mundi centrũ ipſius ſigniferi ſit tota Veneris curuatura g h.Cũ ergo Venus in g fuerit
& Sol i eadẽ linea Venꝰ anteq̃ ad Solẽ redeat totã ambulabit curuaturã a g in h nẽpe
partes xlvi.& qm̃ in ea;ut uult Plinius ſemp eſt Venus curuatura cũ Sole ducatur linea
a centro mundi ad ſigniferum l m quæ ſupra diametrum cadens binos utrobiq; angu-
los faciat rectos.ſit itaq; Sol in ea linea pariter & Venus.Tum Veneri curuaturæ abſol-
uendæ partes uiginti tres ſupererũt quas cũ abſoluerit redibit ad Solẽ & ab h remeabit
in g.Idem de Mercurio dicendũ eſſe exiſtimat·ſemp igit̃ ad ea extrema pueniẽt ſpatia.
SED ratio canonica fallit.Quod Proclus ĩquit διαφωνα αριθμόσ. hoc ẽ diſſentit nu-
merus nẽpe rõciniũ & calculus.Canones quidẽ dicunt̃ tabularꝝ rõcinia.fallere ergo ui
dentur ratiocinia;cũ ſideris totũ explicant ambitũ.At ne hæc quidẽ Pliniana ratio ap-




parentibus correſpondet meātibus.nā latitudinis nullam reddit rōnem.rectius igitur pronunciarunt qui ob latitudinis curſum epicyclos conſtituere. ITAq; cum ī partem ipſam eius incidere margines.In partē extremam ſubaudi Sol & Venus uel Mercurius ALTERutro latere:ſiue in g ſiue in h.TVM & ſtellæ ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur.Subaudi ſiue pro grediendo ut ab g in h.ſiue redeūdo ut ab h in g aut ſi in coitu cum Sole in l fuerit ab l in h procedēdo non longius abierit quia eius apſidis curuatura ea demum longiſſima eſſe dinoſcitur.CVM citra fuere margines.ut ſi non in g ſed in l cum Sole fuerint ocius tum redire creduntur ad Solem quia ab h redeunt.VTRiq; extremitas ſumma.Veneri quidem.xlvi. partes Mercurio autē.xxiii. IN Martis ſidere.Cuius eſt maxime in obſeruabilis curſus.Manifeſtum eſt quo propinquius aſtrum centro mundi fuerit eo habere maiorem aſpectus differentiam eamq; in Luna maximam.In Marte non perceptibilem nam ſemidiameter terræ ad ſemidiametrum orbis Lunæ ſub ſenſum cadit At ad ſemidiametrum orbis Martis magnitudine uidetur reſpuere.SEX angulas mundi efficit formas.Quia bis ſex duodecim quot ſūt ſigniferi ſigna quæ ſubnectit Plinius plæraq; aliter obſeruata ſunt. COMMiſuræ apſidum:Vt anabibazon & catabibazon ſeu ut noſtri nunc caput & cauda dracōis.MARti igneus.Ideo etiam pyroeneta ipſum græci uocant.Pyrois ab igne nomen inuenit. MERCurio radians.Nam & ſtilbon appellatus.CONnexo uiſu inerunt quæ cœlo cōtinentur.Inerunt ſcribendum nam ſtatim conſequitur multitudo conferta ineſt.HEBetante cætera.Scribendum cætero quo Plinius ſæpe utitur aduerbio. DIVIDua eſt. Quæ græce dicitur διχότομος ſicut dimidium a dimidio eſt ita diuiduū in duas partes æquas diuiſum.SEMInabit orbe.Græce amphicyrtos.IN Aduerſo.In diametro ut nunc loquūtur omnes in opoſitione. SED quæ recta in exortu ſuo conſurgunt.Signa ſex recta conſurgunt ab initio Cancri in finem uſq; Sagittarii.Totidē obliqua ſcandūt a principio Capricorni ad finem uſq; Geminorum obtemperantq; recte ſcandentibus hoc eſt bina ſigna quæ unius fuere longitudinis a principio Cancri ſibi inuicem cedūt ut Gemini Cancro Taurus Leoni Aries Virgini.Piſces Libræ Aquarius Scorpioni.& Capricornus Sagittario. Sed Pythagoras.muſicis rationibus mathematici prope om.

nes cœlum cõſtare ac moueri uoluerũt q̃ tota inq̃ſitio a Pythagora ſũpſiſſe credit̃ in̄
tiũ.is ergo inq̄t Pliniꝰ appellat tonũ q̃tũ abſit a terra Luna.& q̃m tonus interuallũ eſt ĩ
ſeſq̄octaua ꝓportiõe cõſtitutũ certis cõſtãs phthõgis ut hic accipit̃ priꝰ q̄d ſit phthõgus
aperiẽdũ.Phthõgus igit̃ ẽ hm̃oi harmõiæ principiũ q̃le nũeri ẽ unitas & lineæ punctũ
& tp̄is mométũ.Phthõgus itaq; ſtrepitus ẽ.ſtrepitꝰ aũt aeris affectio ꝑcuſſi ſubauditũ
cadẽs.uel phthõgus ẽ uocis modulatæ caſus ĩ tenorẽ.uel phthõgus ẽ nerui uniꝰcertus
q̄dã ſtrepitꝰ.ex hoc tomis naſcitur ẽ aũt inq̄t Bryeniꝰ tonus locus certꝰ uocẽ excipiẽs
ſyſtematis latitudinis expers diciturq; q̃ttuor mõis ut phthõgus uelut terpãder hepta
tonũ lyrã noı̃ans. uel interuallũ ut a meſe ad parameſen tonũ dicimꝰq ĩ ſeſq̄octaua ꝓ
portiõe.Vel uocis locus ut doriũ aut phrygiũ aut lyliũ dicimꝰ uel tonũ ictum mõ quẽ
uis.in ſeſq̄octaua igit̃ rõne q̃m in ꝑtes æq̃les diuidi nõ põt ut neq̄dẽ nouenariꝰnũerus
in binas ꝑtes dirimit̃ æq̃les hemitoniũ maius & hemitoniũ minus & ĩ genere chroma
tico ĩ dieſes tres in enharmonio in q̃ttuor.ẽ aũt dieſis ut inq̄t Bacchiꝰ minimũ iterual
lũ q̄d hũana natura moduláter poſſit efferre.tonũ ergo in ſeſq̄octaua ꝓportione inq̄t
Plinius noı̃auit Pythahoras mũdi interuallũ q̄d a terra ad Lunã.Higinꝰ quoq; a terra
inq̄t ad Lunã ſpatiũ tonõdixerũt.Cẽſorinus aũt a terra inq̄t ad lunã Pythagoras puta
uit eẽ ſtadioꝝ circiter.cxxvi.milia idq; eſſe toni interuallũ.AB EA ad Mercuriũ ſpatii
eius dimidiũ.Ita Higinus ad hoc ĩquit circulo Mercurii circulus toni dimidiũ:ſed abu
ſiue dimidiũ quia ut iã dictũ eſt in duo æqualia tonus dirimi nõ põt utpote in ſeſq̄octa
ua ratione:hemitonium ergo minus dicit ut facile ex eis quæ ſequuntur cuius eſſe ma-
nifeſtum poteſt.Cenſorinus uero inquit a Luna aũt ad Mercurii ſtellam quæ ſtilbon
uocatur dimidiũ eius uult ſemitoniũ. ET AB eo ad Venerem a qua ad ſolem ſeſcuplũ
Higinus Venus inquit tonũ dimidiũ a Mercurio a Venere ad Solem tono dimidio to
ni ſeſcupla ſeu ſeſqualtera ꝓportio ẽ ut tria ad duo nã tonus & hemitoniũ tria ſunt he
mitonia q̃ ad Venerẽ atq; Mercuriũ q̃ bina ſunt hemitõia ꝓportionẽ hñt ſeſcuplã. Cẽ
ſorinus inq̄t hinc ad phoſphoron q̃ eſt Veneris ſtella fere tãtundẽ hoc ẽ aliud hemito
niũ inde porro ad Solẽ ter tm̃ q̃ſi tonũ & dimidiũ q̄d uocat̃ diapẽte a Luna aũt duos
& dimidiũ q̄d eſt diateſſeron.A SOle ad Martem tonũ.Higinus Sol a Marte inquit to
ni dimidio.Cẽſorinus inq̄t a Sole uero ad ſtellã Martis cui nomen ẽ pyrois tantundẽ
interualli eſſe q̃tum a terra ad Lunam idq; facere tonon. AB EO ad Iouem dimidiũ.
Higinus Mars inquit a Ioue hemitonio.Cenſorinus aũt inquit hinc ad Iouis ſtellam
quæ phahethon appellatur dimidiũ eius q̄d facit hemitoniũ. ET AB eo ad Saturnum
dimidium. Higinus Iuppiter inquit a Saturno diſtat tono. Cenſoriuus tãtumdẽ a Io-
ue ad Saturni ſtellam cui phœnon nomen eſt idem aliud hemitoniũ.ET Inde ſeſcuplũ
ad ſigniferũ.Higinus Saturnus a ſignis tono uno. Cenſorinus inde ad ſummũ cœlum
inquit ubi ſigna ſunt perinde hemitoniũ itaq; a cœlo ſummo ad ſolẽ diaſtema eſſe dia
teſſeron ideſt duoꝝ tonoꝝ & dimidii terræ aũt ſumitate ab eodem cœlo tonos eſſe ſex
in quibus ſit diapaſon ſymphonia ſubiungitq; præterea multa quæ muſici tractant ret-
tulit ſtellas & hunc omnẽ mundũ enharmonion eſſe oſtendit. quare Dorilaus ſcripſit
eſſe mundum organũ.Apparet ergo Plinium cum Higinio nõ conuenire. Cæterum ſi
ubi Plinius ſeſcuplũ dicit tonus ſit ſex tonos totũ a terra ad ſigniferũ complebit inter-
uallum unde Ariſtoxeni ſententia diapaſon eſt conſonantia:nec tamen recte Ariſtoxe
nus quippe q̄d tonũ in duas partes diuiſit æquales q̄d ſupra fieri nõ poſſe oſtendimus
& omnes præter ariſtoxenios annuũt muſici ſiquidẽ bini toni cũ minore hemitonio
diateſſaron cõplent: ut tres toni cum minore hemitonio diapen e ex quibus conſtat
diapaſon cõma igitur deeſt ad ſex tonos perficiendos.Verum nõ iã ſex toni: ſed ſeptẽ
ut liquido quiuis poteſt colligere a Plinio colligũtur.q̄d prorſus caret ratione.nec to
nus locus poteſt intelligi alioqui plures adhuc fuerint nã Ariſtoxeni ſententia treſde-
cim dicunt̃ Ptolemæi uero octo.At antiquiſſimorum ſententia tres dumtaxat Dorius
Phrigius Lydius nõ etiã phthongus quia uel unus neruus diapaſon cõplere potuerit
& plures & pauciores Déiq; hemitoniũ ip̄m neq; locis neq; phthõgis cõuenit.IN EO
Saturnũ dorio moueri. Antiq̃ſſimi ut diximus tres dumtaxat tonos cognouere doriũ
q̄ grauiſſimus eſt quẽ Saturno ob motꝰ tarditatẽ deputauere.Phrygiũ acutũ quẽ Ioui
attribuerũt:ſed Mercuriũ ait phthongo moueri q̄a figurã mundi nullã cõplet & nequi
dem ꝑ oẽs ſigni unius partes uſq̃ ꝓuehit̃ cunq; ſignũ nullũ ꝑficiat ſuo curſu iure factũ

uidet ut ei nequidẽ ullũ deputet interuallũ. At his expoſitis par uidet ut q̃bus globis quos neruos ueteres deputarint pariterq; motus planetaꝝ oſtendamus. quo totus ille globoꝝ cõcentus melius innoteſcat· Nequidẽ illud huic loco incongruũ exiſtimam⁹




quæ fuerit octochordos Pythagoræ lyra aut Mercurii heptachordos ſubiecta explicare figura huiuſmodi: Rurſus tonoꝝ acutior eſt mixolydius quo grauior lydius hemitonio lydio grauior phrygius tono. mixolydio triemitono: quo grauior dorius phrygio quidẽ tono lydio aũt ditono. At mixolydio diateſſarõ hoc grauior hypolydius hemitonio at phrygio trihemitonio ut lydio diateſſarõ. mixolydio tritono: ſed hypolydio grauior hypophrygius tono. At dorio trihemitonio ut phrygio diateſſaron lydio diapente: ſed mixolydio tetratono uerũ hypophrygio grauior hypodorius tono ut hypolydio tetratono & hemitonio ut mixolydio pentatono. STAdiũ. cxxv. noſtros efficit paſſus hoc eſt pedes ſexcẽtos. xxv. Cenſorinus ut eratoſthenes inq̃t geometrica ratione colligit maximũ terræ circuitũ eſſe ſtadioꝝ. cclii. miliũ. Ita Pythagoras quot ſtadia inter terrã & ſingulas ſtellas eſſent indicauit ſtadiũ aũt in hac mũdi mẽſura id potiſſimũ intelligendũ eſt qđ italicũ uocant pedũ. cxxv. Nã ſunt p̃terea & alia lõgitudine diſcrepãtia ut olympicũ qđ ẽ pedũ. dc. Itẽ pythicũ pedũ mille. Sane mẽſuraꝝ agreſtiũ ſuã appellationẽ habẽtiũ minima ẽ digitus q̃ ẽt uncia noïat quicquid minus digito fuerit a partib⁹ ei⁹ nomẽ accipiet cui⁹ mẽſurã p̃ trãſuerſũ pollicis iuxta unguis radicẽ cõſideramus quattuor




mus quattuor itaq; digiti efficiunt palmum.i. paleſtem græce quattuor palmi pedem tres palæſtæ ſpithamen.pes & dimidius cubitum paruum. tres pedes gradum quattuor ulnam.quinque paſſum:nouem pedes cubitum magnum: decẽ pedes decempedã. Centum uiginti quinque paſſus ſtadium.octo ſtadia mille paſſus quod uulgo dicitur miliare. NAM cum trecẽtis lx. & fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat.manifeſtum certe ẽ omnem magnitudinẽ in infinitas partes eſſe ſecabilẽ.maximum tñ cœli circulũ oẽm mathematici ĩ trecẽtas & ſexaginta partes diſtribuerũt qa ſignifer duodecim cõſtat ſignis & ſingula ſigna ĩ partes diſtributã ſunt triginta p quæ ĩ ſuo globo Sol inuehit̃.Plinius uero hũc ipſum orbẽ in partes trecẽtas ſexaginta & fere ſex partes diuidendũ putat qd' tot ſint anni dies trecẽti inq̃ & ſexaginta qnq; & fere diei pars quarta uñ poſtea dies intercallares. At ſecus ẽ q̃ Plinius opinetur. Non enim quia tot ſunt dies ideo Solis circulus tot partiũ erit. quoniam cum motus Solis ab ortu in occaſum &: rurſus in ortum a primo fiat mobili celeriuſque primum mobile ambitũ unum faciat q̃ poſſit ſol e trecentis ſexaginta partibus unã pficere.qd' ipſi ſupereſt ſoli ſpatiũ qnq; dies & quartã fere diei partẽ anno abſoluit.Sẽperq; dimetiens tertiã partẽ ambitus & tertiæ paulo minus ſeptima colligat. Diameter græce:latine dr̃ dimetiẽs. docet itaq; ac plurib⁹ demõſtrationib⁹ oſtẽdit Archimedes ĩ libro quẽ de circuli dimẽſione ĩſcripſit diametrũ circuli triplicatã cũ ipſius diametri paulo minore parte ſeptima totius circuli ambitum perficere. At quoniam cœli globus in circulos diuiditur ducta diametro ſuperne a globo per terrã quæ cœli centrum eſt ad eam globi partem cœleſtis quæ inferna eſt ipſa hæc diameter quæ totius ambitus globi cũ paulo minore parte ſeptima pars tertia eſt a terra quæ mundi centrum eſt media diſpeſcitur: ut pars eius dimidia a globo cæleſti ad terram perueniat pars altera

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

dimidia a terra rurſum inferne ad globi alteram partem ſuperiori aduerſam penetret. Cunq; totus ut diximus Solis circulus diuiſus ſit in trecentas ſexaginta partes diame tralis terra interuenit mediam dirimens diametrũ erit a globo Solis ad terrã uſq; dia. metri dimidiũ nempe partes ſexaginta. tertia agitur a Sole diſtat ſexaginta partibus ta libus quales trecẽtæ ſexaginta eius globi ambitum pficiunt. SEXtã uero partẽ imenſi ſpatii. nã trecentaꝝ ſexaginta partium pars ſexta ſunt ſexaginta. ANImo cõpræhendit ineſſe altitudinis ſpatio. ſcribendum annuo non animo ut ſit annuo ſpatio cõpræhen ditur ut paulo ante memoratũ eſt. LVNæ uero duodecimã. Nã quẽ intra menſes duo. decim Sol perſicit curſum. Luna menſe uno circuit. rõ igitur inquit curſus ambitũ ape rit ut cũ æqualem planetæ inter ſe curſum habeant & Luna ambitum mẽſe uno ſuũ p ficiat ut Sol annuo ſpatio. appareat globum Lunæ eo minorẽ Solis globo & perinde etiã diametrũ. EADem ad cælũ agunt. Res eadem in cælum adducũt. Cælũ octauum globũ dicit ut ſupra quoq; Ariſtotelica memorauimus ſententia. QVANtas .n. dime tientes habeat ſeptimas. Dimetiens non dimetientes ſcribendũ. ſenſus eſt qm̃ oĩs dia. meter qua ambitus circuli explicatur in ſeptẽ partes ideo diuidit̃ quia triplicatæ ſepti. ma pars additur ut totus circuli ambitus abſoluat̃. q̃ magnus fuerit orbis tam magnas eas ſeptimas habeat neceſſe eſt. TANtas habere circulus duo & uigeſimas. Nam cũ di. metiens quæ græce diameter appellatur triplicata ut diximus cum parte ſeptima totũ ambitum cuius eſt diameter abſoluat & ter ſeptẽ uiginti & unũ reddãt addita ex ſeptẽ porro partibus una uiginti & duæ partes totũ intelliguntur ambitũ abſoluere. A PER pendiculo menſura cæli conſtet. Ad perpendiculũ nãq; cadens linea cũ utrobiq; angu los faciat rectos nullã habere potuerit differentiã at obliqua infinitas. COMetas græci uocant noſtri crinitas. Cicero tamẽ in tertio de natura deorũ cum ſtellis his inqt quas græci cometas noſtri cincinatas uocant. IIDEm pogonias quibus inferiore ex parte ĩ ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba. Hæc aduerbũ a græcis qui inqunt πωγωνίας ἐκ τῶν κάτωθεν, δίκην πώγωνος ἔχων τὰς κόμας ſicut cũ inqt crine ſanguineo illi τὰς κόμας αἱματώδης. A Cõtiæ iaculi mõ uibrant̃. græci ἀκοντίας, ὅμοια ἀκοντίῳ. καὶ ὥσπερ σίδηρος κραδαίνεται, οὐ φανερὸς ἡλίου, EAſdẽ b euiores & ĩ mucronẽ faſtigiatas xiphi as uocauere. ξιφίας, βραχύτερος μὲν, ὠχρὸς δὲ, καὶ ξιφήρεις, ἔχων τὰς ἀκτῖνας qd' ẽ Xi phias breuior qdẽ ſed pallidus radioſq; enſi hñs cõſimiles. QVOs chryſeus auro noĩe ſimilis. mẽdoſe ita legit̃ ẽ. nãq; uero lectio diſceus ſuo noĩ ſimilis. nã græci ita ὁ δισκεὺς δίσκῳ περιφερὴς, καὶ τὸ εἶδος ὡς ἤλεκτρον ut etiã plinius ſubiungit colore autem electro. PITHetes dolioꝝ cernit̃ figura in cõcauo fumidæ lucis dicit̃ & pythus græci ὁ πίθος, καπνώδης μὲν φωτὸς πλήρης· τὸ δὲ σχῆμα, ὅμοιος πίθῳ. CERatias cornus ſpeciẽ habet. di citur & ceraſtes a cornu oĩno nomẽ habẽs græci κεράστης κερατοειδεῖς ἔχων πλοκάμους. LAMpades ſcribendũ eſt lãpadias græci ut Cleomedes ita plæriq; alii ὁ λαμπαδίας, ὅμοιος λαμπάδος καιομένης. HIPPeus. dicit̃ & hippus græci ὁ ἵππος, ὁ καὶ ἱππεὺς καλούμενος, δίκην λοφιᾶς ἵππου, διαρραίνων τὰς ἀκτῖνας, ὀξύτης δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους. διὸ καὶ ταύτης ἔτυχε προσηγορίας. Decimo loco a græcis quibuſdã alia ponit̃ ſpecies q̃ ſalpin gus de qua mox Plinius noĩat̃ cuius meminit ad ſyrũ Ptolemæus nec quẽq̃ aliũ hui⁹ fe ciſſe mẽtionẽ græcũ cõperio. FIVnt & hirci uiloꝝ ſpecie & iuba aliq̃ circũdati ita græ. ce tragi appellant̃ unde γίνονται δὲ καὶ ἕτεροι κομῆται, οἱ λεγόμενοι τράγοι, δίκην μαλλοῦ πώγωνος βρίων νεφέλας τινὰς περικείμενοι· καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν, οὔπω φαίνονται, εἰς δὲ ἑκάτων δὲ σχῆμα ἀποτελοῦνται, ὡς πλείω ἢ ἐπὶ ἀνομβρίας πεφύκασι φαίνεσθαι. Sed maxime ĩ cãdida i. gala. xia. VENtos aũt ab iis graues æſtuſq; ſignificari. At pħi tradũt ut nũq̃ ad ſolẽ uel lunã comã ſuã cometas cõuertere ita uaria portẽdere ꝑ ut ad cæteras uagas ſtellas ſeſe con. uerterint ad Ioueẽ .n. come domos regias ſubuerſum iri portendũt. ad Martẽ ægritudi nes ĩ armis & ĩteritus bella quoq; atrocia ĩminere ſtatuſq; reꝝ pulicaꝝ ĩmutatũ iri. Ad uenerẽ magnaꝝ mulieꝝ reginarũq; ĩterit⁹ uel ſtatuũ deſolatiões. Ad Saturnũ fructuũ terreſtriũ caritatẽ & oĩo carã annonã. Ad Mercuriũ multitudini diſpẽdia & ĩfamias. ſi ad orientẽ cõuerſi fuerint aſianis. ſi ad occaſum europã ĩcolẽtibus. ſi ad meridiẽ eã ptẽ incolẽtibus mala q̃ diximus minitant̃. INGenii & eruditionis triquetrã figurã funde re. Id nãq; figuræ genus Mercurio deputat̃ ſicut & quadrata nõ rhomb⁹ uel rhõboides iõ parib⁹ ãgulis. SVNT q'& hæc ſidera ꝑpetua eẽ credãt ſuoq; ãbitu ire ut ruſus feſtus.

Et numeroſa

Et numeroſa ſuæ lugentem funera gentis
Electram in terris mœſtum dare nubibus orbem
Sæpius obſcuris caput ut ſit cincta tenebris
Nonnunq̃ oceani tamen iſtam ſurgere ab undis
In conuexa poli: ſed ſede carere ſororum
Atq; os diſcretim procul edere deſtitutam
Germanoq; choro ſobolis lacerata ruinis
Diffuſamq; comas cerni criniſq; ſoluti
Monſtrari effigiem. Diros hos fama cometas
Commemorat. triſti procul iſtos ſurgete forma
Vultum ardere diu perfundere crinibus æthram
Sanguine ſub pingui rutiloq; rubere cruore.

ALII uero qui naſci humore fortuito & ignea ui ideoq; ſolui. Sane Pythago rei nõnu li ſtellam eſſe cometem putant qui nõ ſemper ut diximus appareat. Alii refractionem noſtri uiſus ad Solem ꝓpemodũ ut in ſpeculis impræſſiões. Anaxagoras Democritus coitũ ſtellarum duarum uel pluriũ collucentiũ. Ariſtoteles ex arida euaporatione ad ignis uſq; concauũ aeriſq; cõuexum. ſtraton aſtri lumen la nube cõpræhenſum denſa queadmodũ in fulgentibus fieri ſoleat corporibus. Heraclides põticus nubem ſublatam a lumine ſublimi ſuccenſam ut modo ſimilis barbe. modo torri: modo columnæ uel huiuſmodi aliis fiat. ut Peripatetici etiã opinantur. Epigenes ſpiritus eleuationem terra reſertã ſuccenſa. Bohetus aeris remiſſi uiſioné. Diogenes ſtellas eẽ cõetas. Anaxagoras ab æthere radios deferi. ideo ẽt cõfeſtim extingui. Metrodorus lapſum ex ui Solis in nubes radiãtẽ. Xenophanes cũcta hmõi nubiũ ſuccenſarum cõſtructiones cõmotiõeſq; eſſe.



ORGAnis excogitatis:ut aſtrolabis & dioptris: ſed poſtea Ptolemæus examinatiora excogitauit ſicut etiam poſteri ac noſtri temporis alia. LAMpades uocant plane faces alterum bolidas. Ita Cleomedes δύο σχήματα ἐστὶν ὧν τὰ μ λαμπάδες καλοῦνται τὰ δὲ βολίδες ἄλλαι μὼν λαμπάδες ἐπὶ τῆς ἀρχῆς διακαίονται αἱ δὲ βολίδες πυρῶδας κατα φέρονται ἕλκουσαι αὔλακα μακραν. CVM rex Philippus græciam quatteret ita leon de chaſmate loquutus ὅ ἐτε φίλλιππός ὁ ἀμύντου ἔσαλτυσε τὴν ἕλλαδα. VERſi coloris græci ποικιλόχροοι τινες κυκλοι. VETEres quattuor omnino. Omnis uentorum ratio Ariſtotelica Pliniana & Ptolemaica hac fere figura exprimitur ſubiecta. TENui remedio aceti in aduenĩetem effuſi cui frigidiſſima eſt natura. Si ob id quia natura frigidiſſima alia longe frigidiora id facere oportuit quæ ſine controuerſia ſenſus noſter depræhendit ob id lethalia non ergo hoc ipſa preſtat frigiditas:ſed uis ſoli naturæ cognita ut ĩ multis euenit aliis. Cæterum nequidem aceti uis frigidiſſima a medicis perhibetur:ſed ab aliquibus frigiditatis modo alicuius particeps ab aliis etiam temperate dicitur qualitatis idq; comprobat Galenus grauis & doctus ĩ primis autor poteſt autem uideri id facere quod non humectandi modo uim habeat: ſed etiam attenuandi:eſt etiam ubi arefaciat. PREſter uocatur amburens. Inde etiam nomen habet nam πρήθω τὸ καΐω hoc eſt amburo ſignificat. LAEVA proſpera exiſtimantur quoniam læua mundi parte ortus eſt. Pythagoras Plato& Ariſtoteles dextrã mundi partem orientalem plagam unde motus principium uocant. Læuam autem occiduam. At Empedocles dextram ad æſtiuum tropicum. Læuam ad hibernum ut Plutarchus de iis quæ philoſophis placuere prodidit memoriæ. PERplurimum refert p cum ſuperlatiuo connexum notãdum eſt. AVT unq̃ lapidem in eo fuiſſe credatur. credatur imperſonale uerbum. MANifeſtum eſt radium ſolis ĩmiſſum cauæ nubi repulſa acie in ſolem refringi. Quandocunq; in aquam tranſierit nubes ex aduerſoq; ſolem habuerit uiſuſq; ſpectauerit inter ſolem & nubem nube caua ac perſpicua exiſtẽte tum uiſus refractus cum lumine ab exiſtentibus in nube guttis ad ſolem ex ipſis tanq̃ ſpeculis ſolarem colorem inſpiciens arquum uideri facit ſuperioremq; ac primum ambitũ arquus ſpectat puniceum:punicus nãq; color apparet perſpicuus & albus per nigrum inſpectus aut in nigro. ſecundus ambitus uiridis ſpectatur non per ſpeculum ſed ob ſuã imbecillitatem debilis nãq; uiſus nigriora quæ ſunt alba ſpectat. at uiride magis atrũ eſt puniceo. Tertium ambitum cæruleum. ſpectat uiſus ob debilitatem nigrius ſpectando album quoniam cæruleum magis atrum uiridi eſt. A luna quoq; ſed rariuſcule arquus emicat in ſoloq; plenilunio fieri poteſt ac tum oriente uel occidente luna. NAMq; cum e ſublimi in inferiora aquæ ferantur. Ariſtoteles id imprimis ſubtilitate geometrica demonſtrare conatus eſt inquiens præterea quod huiuſmodi ſit aquæ extremum manifeſtum capientibus argumentum quod uim inſitam habet ſemper ad confluẽdũ aqua in partem magis cauam atqui pars magis caua eſt quæ centro propinquior. Ducantur itaq; ex centro a b & d e & connectantur ubi b c acta igitur in baſim in qua a d minor eſt eis quæ ex centro. magis ergo cauus eſt locus. defluet itaq; aqua quoad exæquetur. At qui æqualis eis quæ ex centro a e. itaq; ad eas quæ ex centro aquã eſſe neceſſe eſt nam tum demum quieſcet. Verum ambiens eas quæ ex centro continget. Extremũ ergo aquæ globoſum ĩ quo b e c. hæc Ariſtoteles. At nos ſubiecta figura aliiſq; uerbis quæ ſibi uoluit Ariſtoteles explicem⁹. nam tum etiam Pliniana lectio erit apertior:hoc pacto qa a d eſt ut quadrati latus & tam a c q̃ a b diagonius ſeu diameter quadrati d punctũ centro terræ uicinius eſt q̃ aut b aut c. At quo aliquid grauius eſt eo magis nititur ad centrum. Cum ergo paris grauitatis quæ in b & in c ſit aqua cum ea quæ eſt in d fluet perpetuo quæ in b & in c ut aquæ quæ eſt in d exequetur. exequata autem quieſcet. quod ſi ab a d uſque eſt perueniat linea & ex d in e aqua conſurgat quoniam æqualis tota ea aquæ moles quæ eſt b e c conquieſcet quia in interiora nititur. At quoniam primæ a centro æque ſunt in g breuior autem a g linea reliquis omnibus eſt lineis ab a ad b e c peruenientibus fit ut undique uergant in centrum & terræ circumfluant. Ait ergo Plinius nãq; cum e ſublimi hoc eſt ex b e c ĩ inferiora nempe in g e ad a uſq; ferantur. IN LIttore ullo acceſſiſſe eas in b e c. VT q̃ longiſſime de uexitas paſſa ſit: nempe ad e. QVO quid humilius ſit ut g proprius centro eſſe terræ nempe a.

Omneſq;




OMNEſq; lineas quæ emittantur. Sub audi ab a uel g. PROximas aquas. Hoc eſt quæ in d. BREViores fieri q̄ ad extremum mare a primis aquis. Nempe ab a quod in intima terra intelligatur centrum ad extremum mare quod circum aluit terram nempe b e c in plana figura hoc demonſtratur ſed reuocet ad animum ut ſolida ut globoſa terra eſt intelligatur. ERGO totas omni ex parte aquas nempe b e c ac etiā d. VeRgere in cētrum. Nempe a. IDEoq; non decidere. Subaudi in aerem. QVOniam in interiora nitantur quæ ſunt in b c. Nitantur primo in d inde in g denicq; in a. ET DIoptræ quæ uel maxime id confirmant. Dioptra ſpecular dicitur ſeu fabrile inſtrumentū quo geometræ declinationum interualli dimēſionē examinant. QVAM globo ſimilem & cum ea aquas iiſdem intelligitur argumentis. Intelligitur imperſonale uerbum quia accuſandi caſus aſciuit. NEC canopum italia & quam uocant Bernices crinem. In extremo argus temone poſita lucens ſtella canobus nominatᷣ. hæc Ptolemæi & Procli ſententia in rhodo uix ſpectari pōteſt nec omni ſpectabilis niſi ex ſublimibus locis. At in alexandria omnino ſemper ſpectatur nam ſigni eius prope pars quarta eminens ſuper horizonte apparet. Deltotos autem poſtea a callimacho bernices crinis appellatus: ut Probus inquit ut uero quidā prodidere Conon mathematicus Ptolemæo adulatus beronicis crinem conſtituit quod & Callimachus ait inquiens ἥ δε κόνωυ̃ εβλαψεν ἔνηερι τόνΒερονίκησ βογραχον. ὄνταρα καυη πασιν εθηκε θεοισιν. VASAq; horoſcopa. Quibus horæ ſpectantur ab hora. & ſcopo conſidero. SOLis itaq; umbilici quem gnomonem appellant. Dictus gnomon ab eo quod eſt gnorizo quod ualet cognoſco quoniam eo horæ depræhenduntur ſicut etiā gnomon apud Geometras quo quadrati area cognoſcitur eſt antem hoc modo ut diuiſo in quattuor partes quadrato circa quadratum unum reliquæ partes gnomonem faciunt hoc modo. & gnomon horologii unde ars gnomonica dicta Vitruuius ut inueniantur regiones & ortus earum




ſic erit ratiocinandum collocetur ad libellam marmoreum amuſium mediis mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam ut amuſium non deſideretur: ſupraq; eius loci centrum mediū collocetur aheneus gnomon indagatio umbræ quæ græce ſciateres dicitur hui⁹ ante meredianam circiter horam quintam ſumenda eſt extrema gnomonis umbra & puncto ſignanda. Deinde circino deducto ad punctum quod ē gnomonis umbræ longitudinis ſignum ex eoq; a centro circumagenda linea rotundatione itemq; obſeruanda pomeridiana iſti⁹ gnomonis creſcens umbra & cum tetigerit circinationis umbram & fecerit parem ante meridianæ umbræ & reliqua. Iterum ſol inquit equinoctiali tempore Ariete Libraq; uerſando quas ex gnomone partes habent nouem eas umbra facit. viii. in declinatione cœli quæ eſt Romæ. Itēque athenis quæ ſunt magnæ gnomonis partes quattuor umbræ ſunt tres ad quinq; duo. Rhodi ad tarentum undecim quinq; ad tres cæteriſq; omnibus locis aliæ alio modo umbræ gnomonum æquinoctiales a natura rerum inueniuntur diſperatæ. Itaq; in quibuſcunq; locis horologia erunt deſcribenda eo loci ſumentur eſt æquinoctialis umbra & ſi erunt quemadmodum romæ gnomonis partes nouem umbræ octogenæ de-

ſcribantur in planicie & ex media proſortas erigatur ut ſint ad normã quæ dicitur gno
mon:& a linea quæ erit planities in fine gnomonis circum nouem ſpatia dimetiantur:
& quo loco nouæ partis ſignum fuerit centrum conſtituatur ubi erit littera a & dedu-
cto circino ad lineam planiciæ ubi erit littera b circinatio circuli deſcribatur quæ dicit
meridiana. Deinde ex nouem partibus quæ ſunt in planicie ad gnomonis centrũ octo
ſumantur & ſignentur inlinea quæ eſt in planicie ubi erit littera c hæc autem erit gno-
monis æquinoctialis umbra. & reliqua. Proclus ait ſe obſeruaſſe in antumnali æquino
ctio maiores eſſe umbras q̃ uerno ex quo apparet in Ariete Solem a terra ſublimiorem
In Libra humiliorem. IN BErenice urbe troglodytarum. nam & in epiro alia quã. Pyr
rus cõdidit q̃ ut Plutarchus ait a berenice ſocru q̃ uxor fuit Ptolemæi dicta APPellari
aſcia. Ideſt umbræ expertia quia ſcia umbra dicitur. ſcire tamen conuenit nationes om
nes aut periſcias eſſe ut quæ æquinoctialem habent horizontem aut heteroſcias ut in-
tra tropicos & polos habitantes: aut amphiſcias ut quæ intra tropicos habitant eaſqꝫ
ſolas cum ſol earum imminet c pitibus eſſe in meridie aſcias: alioqui nullus eſt expers
umbræ locus. DVOdecim horas æquinoctiales. Horæ æquinoctiales definitæ ſunt ma
gnitudine. omnis æquinoctialis hora. xv. temporum. at indefinitæ ſunt multitudine:
ſed in die æquinoctiali duodecim in hieme breuiores contra habent quæ temporales
appellantur a græcis a noſtris uulgares dici ſolent multitudine definitæ ſemper nãqꝫ
duodecim in quo uis die lõgo uel breuio. Indefinitæ ſunt magnitudine ſiquidem ma-
gnitudinem definitam non habent. Nam omnes dies horarum. 12. ueteres faciebant.
ideo in euangelio ad Petrum apoſtolũ qui ſaluum mundum fecit Chriſtus an nõ ſunt
inquit duodecim horæ diei: ſed pro tempore augentur minuunturqꝫ inde temporalis
horæ nomen adeptæ quæ ex horologio dantur ꝙ autem æquinoctialis hora tempora
habeat quindecim illic manifeſtum. globus enim herentium cælo ſtellarum a meridie
motus in eundem locum reuolutus ſpatio. xxiiii. horarum complet trecentas ſexagin
ta partes circuli quas ccclx partes ſi diuidas in uiginti quattuor horas fiet hora quinde
cim temporum. Ait Plinius in merohe longiſſimum diem duodecim horas & octo
partes unius hore colligere. At Ptolemæus treſdecim & incolas amphiſcios eſſeqꝫ ibi
qualium gnomon. lx. talium æquinoctialem umbram partium. xvii. ſcrupuli primi di
midii ſecundorum ſcropulorum iiii. IN BRItania xvii Ptolemæus autem in maxime
auſtrali parte ait. xvi. & dimidiam at in maxime boreali. xvii. & quartam partem. IN
Euboea ſepties die ac nocte reciprocantes. ibi defunctum uita pleriqꝫ græci memoriæ
prodiderunt Ariſtotelem alioqui attenuatum ſenio quod eius motus cauſam noſſe nõ
poſſet ea re indignabundum deceſſiſſe. quaſi uero cætera cate noſſet. ſi uerum magna
homines arrogãtia. BAThea ponti. Ideſt ꝓfunda. nam bathus idẽ eſt qđ profunditas.

IMpreſſum Venetiis ære Eruditi Viri Marci Firmani
In officina Simonis Biuilaquæ. Illuſtriſſimo Prin
cipe Domino Leonardo Lauredano Rem pu
blicam moderante. Anno Domini. Mileſi-
mo quingenteſimo ſecundo. Die uero
decimo menſis Nouembris.

a b c d e f g Omnes ſunt terni præter g qui eſt quaternus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶ Emendationes mendorum ex incuria impreſſoris in cõmẽtariis Clariſſimi viri Georgii uallę in quatripartitũ Ptholomęi: in partitiões ac tuſculanas Ciceronis quęſtiones: necnõ ⁊ eruditi Viri Petri uallę in ſecundum Plinii.

Antonium: tu ſcribe Antoninuꝫ. Hermogonẽ: Hermogenẽ. Oenopipon: oenopiden. nõ apud eſſe. nõ opus eſſe. cur nempe. cur: nempe. ferrem ſententiã. ferre ſententiã. corũqꝫ coꝝ quę. eedem modo ꝑfectã. ꝑfectę. 5. quodcũqꝫ. qcũqꝫ. ſi ad. ſiqs. ꝯſtituere patrocinia. ſua patrocinia. difficilime poſſit: poſſint. 6. plurimũ poſſit: poſſint. necnon corporis partes. necnon noſtrę quędã corporis partes. mars ꝑmeat canũ: cancrum. Affectiones habet. habent. 9. indicat. indicãt. ad hoꝝ tollatur. attollať. ii. dai. adi hoc anni. hoc eſt anni. Nũc a luna. nũc ad lunę. 14. Eſtaſqꝫ. eſtuſqꝫ. 15. vnuerſaſti. vniuerſali. 16. Explenilunia. ⁊ plenilunia. 17. quod inquẽ. inquã. ꝑtendať. ꝑtendanť. 18. atqꝫ. at quę. ⁊ ꝑpone ſubſequentẽ numeri notã. Cũ cauſa quęſitũ eſt res ipſa. uerũetiã mete. tu corrige ſic. cũ cauſa quęſitum eſt ut res ipſe uerũetiã mare. 19 locauit. uocauit. Neqꝫ. n. luna. neqꝫ. n. luna. quãdo cõcidunt. coincidunt. 20 nauigare cõpellať. cõpellantur. Quid igiť ꝓhibeť. ꝓhibet. qui in antiqua agať hiſtoria. expugne illud in. cõſectãter dixit. cõiectanter. cõſectatione. ꝯiectatione. 21 aduerſariũ. aduerſantiũ. Ad artẽ ꝓduxerunt. ꝑduxerũt. Ad artem ſunt relegende. relegande. 22. et utrũqꝫ habentẽ. ⁊ utcunqꝫ habentẽ. ingenti auerſeť. ingentia uerſeť. 27. herudinibꝰ. hirũdinibꝰ. 29 ꝑficiat. perficiat. 31 incõprębenſibilis ſit. ſi comprehẽſibilis ſit. quo opportuerit. quos opportuerit. cõprehenſi. cõprehenſuro. ueſtigio. ueſtigia. 34 ⁊ in naturalem. ⁊ naturalẽ. ſine quolibet. ſine qbus. 37 eſſe ab hominibꝰ. eſſe hominibꝰ. Meſcũ. męſtũ. Omni eſt fiat. omnino fiat. diductionẽ iproprũ. improprioꝝ. Quorũdam improprio. iproprĳa. 40 in nulli. in nullã. 45 alia quidẽ. alie qdẽ. 46 copiã. capiat. 47 nõ obuites auxilio. nõ obuiante auxilio. heſculano. herculano. ſi aliũ. ſi alliũ. Aere pluuia mictenteꝫ. pluuiaꝫ mictente. 53 calefacere. calfacere. Hoc idẽ facies hic ⁊ alibi ubi talis error inciderit. 55. Ex fructuũ. ⁊ fructuuꝫ. Primas nãs. ꝑmittendus eſt ſequens numerus. Sic 57. Primas ⁊c. Ex ortu. ⁊ ortu. 60. Omne antecedit. omneꝫ. Exaltationibus. exhalationibꝰ. 64. Humoꝝ exaltatione. exhalatione. 67 Abers. ab eis. 68 Promiſit. permiſit. 70 In utriſqꝫ notibꝰ. motibꝰ. Motu cerebroſo. terebroſo. cerebroſe. terebroſe. 78. Solaria. nempe tu interpone punctuꝫ iterrogatiuũ et itideꝫ paulo poſt. Libicas nempe. in ſolaribus. quatripatus. quatripartiis. 79 Prima ſignificat. tu ſcribe prima ipſi ſignificant. Et nota ut. notaꝫ ut. Cõparetur maſculis. maſculus. 80. Ut conciſis cõciſiꝫ. 82. Expartibꝰ. expertibus. Cõmenſurabiliter. cõmenſurabileꝫ. 86. Figuras. figuris. Et ꝓprie. prope. et a ꝑma. at ꝑma. 92. Apertius ꝑſpiceretur. interpone nobis. his namqꝫ. is namqꝫ. 99. Patiũtur. partiunť. Aer aliuꝫ. aer in aliuꝫ. Prohibẽtur. perhibẽtur. 101. Scribe ſic Angulorũ in ÷ in ÷ ſequialterã. ſeſqualteraꝫ. 103. Colligentes. colligãtes. 116. Triangulus. triangulis. Nã mars eſt licet. Naꝫ marteꝫ licet. 125. Tertia tertia. Terna tertia. 126. Ab alias. ob alias. 127. Or cõmune. cõcinne. 138. Ab egiptus. ab egiptiis. 139. Preceptiunculum. preceptiunculaꝫ. Sumpto de faciebus. iterpone ſubſequentẽ numeri notã. 143. Adducit. adducitur. In motu tardus. tardis. Articulos in ambobus. iterpone ideꝫ.

Ex libro ſecundo Ptholomei.

9. Deſcribit. deſcribet. 19 Subiecit nãqꝫ. interpone hęc. Subiecit nãqꝫ illis ferociaꝫ qui expeditiores dixit nãqꝫ ipſos. 23 Qd ſigniferi. qd obſigniferi. 24 Ad terrã uero. alterã uero. 25 Colõnas. columnas. 27 Et prime qꝫ. prime quidẽ. 30 ♂ prepone * Sic poſt. ♄. 43 Affuctus regiones. Affectas regiones. 54. Ambonon. amboꝝ locoꝝ. Signũ. ſigni. Capiens vnus. capiemus. 56. Ductaꝝ. dictaꝝ. Volucre formã. expugne formam. Ab hoc circa. ob hoc circa. In altuſqꝫ. in aliiſqꝫ. 82. Circa compoſitior. cõpoſitiora. 83. in minutam. imminutaꝫ. 85. Intellectus. itellectas. Infinita. infinite. 88. Tutiſſima. tutiſſime. 91. Preponendũ cauſaꝝ. preponendũ cancrũ. In quo preſagio. in omni preſagio. 95. Inſtituunt. iſtituunť. 102. Figuras ꝑncipaliorib. Scribe figuras hiſqꝫ figuris ꝑncipaliorib.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

13. Hydroſcopia.hydroſcopio.14.Celi exequẽdo.exequãdo.11. Querere q̄.querere q. 27.Occaſus.occaſum.28.ſuſcepit quidẽ.ſuſcipit qdeꝫ.31.Loco capriconi pone ſaturni figurã.43.Remo qꝫ.terno qꝫ.44.Corporis loci.Cõpotis loci.47.Aderẽt ex aſcenſoria.aderẽtia aſcẽſoria.Ornate.exornate. uacat.ſed pone poſt mũdane.Locis q̄.locis qui.51.aut ait.ait uacat.54.Quę pariter.quę parit.Mũdũ predicto.predicito.55.Allicẽdũ.ad dicẽdũ.56.Utrũ uerũ boium.uerũ uacat.In q̄libet ſignis.in q̄libus ſignis.Immite ẽt.imite eſſe.101.Eius qui eſt.eius qd̄ eſt. Qui cunctas.Oꝫ cũctas.102.Tẽporis q̄ nõ.q̄ uacat.106.Iure tuꝫ vnã.iure vim vnã.Deuitre.deuite.Sic inferius corrige.107.patiẽtes eſt.patientis eſt.108.Numos.numeros.pures.plures.Et fer.fere⅓.102.Quod in occaſu.quoad in occaſu.122.Seſſangulaꝫ hoc eſt.totũ uacat.Nõ eade.eadẽ.123.Qñ ſenſileꝫ.qñ ſenſileꝫ.qꝫ ſint.quę ſint.126.huic re.huicce.129.patentorij.peremptorij.Quib⁹ intẽtis.intentus.131.Et iducẽda in rectã.ſcribe nõ ſextilis ſphere caraptereꝫ.Sic poſtea in aliqb⁹ locis ſequẽtib⁹.Ita capiẽdũ.capiẽda.Inafetoſ.iapheto.133.Inueni.iuenio.145.At igit.at uacat.151.Diametri ſtãtiũ.climacteriſſãtiũ.161.Agros.ęgros.163.Et iterũ.et uerſuꝫ.166.Ad malefices.ad maleficos.167.pnuctia.pronũctia.

Ex libro.4°.Ptho.

4.pericere.pſpicere.10.Domari.dñari.Impotẽs fiũt.impetes fiũt.11.Eadeꝫ.eedẽ.15.Ad coitũ.a coitu.21.Solẽ habere.Lunã habere.23.Talian.talia.Nõ plurime.nã plurime.Solus exiſtes.exiſtẽs.34.ppetem.ppetem.57.et añ ipſum.ei qui ante ipſum.58.poteſtateꝫ iuſta.poteſtatem ex iuſta.ꝛ in calce libri.16.numeri illa nota ſuperhabundat.

Errata ex partitionibus.

Ex epl'a Etiam.ut iam.pulcherrime eſſe.pulcherrime ẽt. In facie a iij Qui eum.Oꝫ eum.Cognoſcenda rethorica igit.tu ppone et bene dicẽdi ſciẽtia cognoſcẽdi ꝛc.proferre.proferret.Expartes.expertes. In facie c ij. Tamen ideꝫ recidere i ideꝫ ꝛc.Superiote.Superiore. c iij Optam.optant.diligedo.diligendo.Ortores.oratores.oratioue.oratione Iuuentus.Iuuenturus.Exſadeat.Explicat.Quid ſit queſtio.Ratio iudicatio ꝛc.Cuius

Ex Tuſculanis euerſor ciuitatis.ciuis nõ cui⁹. Sapiuꝫ.ſcriptum.alterem.alteram. Noie tenebim⁹.nomine uacat.Fonte ſcaturiet.ſcaturiat.vnam magnã ſciam.vnaꝫ uacat.Pythagoras inesarchi.mneſarchi. Sannis.Samius.Et numeruꝫ quendam opportet ſeruari.opportere Aliqui viaꝫ ut pote.Aliquid ut pote.Aliipticos dictũ.Elipticos.Diogenis.diogenes.Et ſi ipm aiuꝫ.Et ſic ipm.per te lraꝫ.p t lraꝫ.potius affectam.affectum.Continuata motiõeꝫ continuatã.Cui⁹cõpleſſus.cõpleſſu.Amplecta.amplexa.Qui alterius i cęlum.a terris. Qũoniaꝫ es inimicatus.initiatus.Florentinos.florentinus.Lacrimis decores.decoret. Minus.viuus.An ferre.auferre.Apud euripide Euripidem.Architam tibi metũ qꝫ.timeuꝫ qꝫ.Et in euclidem.Euclides.Suo parte nutu.Suopte nutu.Equerepontibus.equere pentib⁹.ꝛ atonus.ex athomis.Quãqꝫ uacans.Quicqꝫ.Deiectus ꝛ diabolus.deiectus eſt diabolus. Peruident.peruiderit.Que nũc recta ſunt.tecta ſunt.Anima ut quãdoqꝫ. Anima aũt.Cum enim ſit in aia.cũ vita ſit i aia.Onerantur nũquid.mouẽtur.Tandeꝫ et eſſe.ꝛ nõ eſſe.eadeꝫ.Quocũqꝫ ſine dubio.quocũqꝫ fine.Motuꝫ eſſe vis.Motũ ẽt vi.vi magna etiaꝫ.vi motuꝫ etiaꝫ Apud quos ne priroreꝫ.apud quos hic prior eſt.Animã ſemper.Anima ſemp.Certe aiaꝫ.Anima.Quin eniꝫ.Quis enim.Oĩa ſit aialiuꝫ.Oium.Nihil te putauit.nihil eſſe.Cuꝫ iurarẽ eſſe diuinuꝫ.tuꝫ iurarẽ.In anib⁹ cingerẽt.menib⁹.Eccentrici.eccentri.Siſterat.ſiſteret.Acceptabilis fecim⁹ meliora.Accepta ab illis fecimus meliora.Grandiloquuꝫ.grandiloquiũ.Anniuꝫ aialiuꝫ.Oium aialiuꝫ.Metella tranſmutare.Metalla.A creatione.A cretione.Mari firmamẽta.Mundi firmamẽta.Carte africa.caret africa.pſtiguis refellere.pſtigia.

Ex cõmẽtarijs in 2m plinij Inconditũ apparet mox.A parte qui.

[illegible] Crite quando [illegible] capiton [illegible]
[illegible] Colle [illegible] Copona [illegible] Corpore [illegible]
[illegible]

[illegible]

Errata [illegible]

[illegible]

[illegible]

Arist. - Rhetorica -

Nº Caja
A - 14